TRACTA=
tus de duabus Sarmatiis Asi/ ana et Europiana et de contentis in eis.

Reuerendissimo patri et dño dño Stanislao Tursoni: Antistiti Olomuncen̄. Mathias de Miechow artium et medicine doctor: canonicus Cracouien̄. pro sui exilitate famulatum perpetuū cū orationibus: ⁊ celestis glorie fruitionē perhennem.

DIgnissime presul: plures scriptoꝝ orbē terraꝝ lucubrationibus suis ⁊ elucidationibus exararunt. Sarmatias vero tanq̃ incognitas preteruecti dimiserunt. Qui aūt aliquicpiā de ipsis posteris scriptis carminibusue relinquere curarunt: indistincte ⁊ antiquitate premente: tanq̃ in media nocte: obscure dixerunt. Et quod intolerabilius est: multa ficta ⁊ fabulas inextricabiles nusq̃ adaptandas superaddiderunt. Quemadmodū est ꝙ vltra Sarmatias ad oceanū septentrionalē: essent campi elisij: aura temperatissima: vita placidissima ⁊ perpetua: omni amenitate plena: at vbi multoꝝ seculoꝝ decursu: senium tediosum incolis displiceret: ex ripis in oceanū sese deijcerēt sponte submersuri tediū confecte senectutis sic euasuri. Preterea posuerunt illic terre nascentia ambrosia: succo preduIci ⁊ odore suaui: incolas tanq̃ in paradiso confortantia: ⁊ aurum quod letificat cor hominis sine numero ⁊ mensura inuentū iri: griffones aues horridas ⁊ rapaces: homines cum equis exacerbantes atq̃ in aera leuantes ⁊ deferentes: aurum effodi atq̃ asportari prohibētes. Et amplius aiunt illic astra solem lunam ⁊ ceteras stellas: perpetuo girātes ⁊ lucentes: dies temperatissimas ac voluptuosissimas conficere: qđ in toto confictum est: ⁊ in rei veritate illic aut alibi nequaq̃ repertū. Ponunt ⁊ moderni frapatores thartaroꝝ gentem terribilē: in campis sarmatie asiane degentē fore euiternā: a seculis in hanc diem in scithia persistentē. Cum tamen sit gens noua ⁊ aduenticia: a partibus orientis sedibus mutatis: pauloplus tricentis annis in sarmatiam asie ingressa: ⁊ antea non cognita: prout in initio huius tractatus dicam. Sed ⁊ montes alanos hiperboreos ⁊ ripheos in orbe terraꝝ nominatissimos: in illis regionibus septentrionis affirmauerunt: ⁊ ex eis non minus famosa erupisse flumina. Per Cosmographos ⁊ vates celebres scripta atq̃ decantata. Tanaim: boristenem maiorē ⁊ minorē: volhamq̃ maximū fluminum declararunt: quod cum alienū sit a vero: non absre (experientia docente que est magistra dicibiliū) confutandū ⁊ reijciendū est: tanq̃ prophanum inexperteq̃ prouulgatū. Scimus quidē ⁊ visu cognoscimus prefata flumina tria (magna siquidē) Boristenē: tanaim: ⁊ volham: ex Moskouia oriri ⁊ defluere: minorē vero Boristenē (quem Aristoteles diaboristenidem appellat) ex russia superiori cepisse: ⁊ in maio

rem boristenem decurrere et ei cōmisceri. Montes aūt hiperboreos ripheos: et alanos nūcupatos: illic non existere certo certius scimus et videmus: et iam predictos fluuios: ex terra plana consurrexisse ac emersisse conspicimus. Quare vt hec et complura alia in sarmatijs contenta: tue doctissime presul amplitudini: vera veraciter enarrarem: subsequentē tractatū de duabus sarmatijs ab antiquioribus minus cognitis nominibus: quibus temporibus nostris nominantur: tibi domino et patrono meo semper colendissimo: scribere breuiuscule: vt res expostulabit: ad incitandū alios: qui maiora nouerunt: et elegantiori stilo scribere facile poterunt curabo. Atqȝ sicut plaga meridionalis cum gentibus adiacentibus oceano: vsqȝ ad indiam: per regem Portugalie patefacta est. Sic plaga septentrionalis: cum gentibus oceano septentrionis imminentibus: et versus orientem spectantibus: per militiam et bella regis Polonie aperta: mundo pateat et clarescat. Vale decus meū: presul dignissime.

Tractatus primus libri primi.

¶Capitulū primū q̄ due sunt Sarmatię.

Sarmatię .2.

1

Antiquiores duas sarmatias posuerūt: vnā in Europa: alterā in Asia: sibijnuicē coherētes ⁊ ɔtiguas. In europiana sunt regiones russoꝝ seu rutenoꝝ: Lithuanoꝝ: Moscoꝝ ⁊ eis adiacentes: ab occidente flumine Vislę ⁊ ab oriente Tanai inclusę: harum regionū gentes olim getę nuncupabant. In asiatica vero sarmatia: nunc cōmorant ⁊ degunt plura genera thartaroꝝ: a flumine Don seu tanai ab occidente vsq; ad mare Caspiū ab oriente ɔtenta. Horum imperia genealogie ritus ⁊ mores latitudoq; terrarum: flumina ⁊ circū circa adiacentia in subscribendis explanabuntur.

2

¶Cap. secundū de ortu ⁊ aduentu thartaroꝝ.

1211. Cometa

Anno domini millesimo ducentesimo vndecimo: apparuit grandis cometes in dieb⁹ mensis Maij: decēocto diebus durans: ⁊ supra polowczos tanaim ac russiam girans: caudāq; in occasum porrigens ⁊ aduentū thartaroꝝ significans: vnde sequenti anno gens thartaroꝝ in illā diē ignota: occiso vt fertur proprio rege Dauid de submontibus Indie: ɔflictisq; pluribus nationibus septentrionis ad polowczos venit. Polowci siquidē fuerunt gentes scd̄m latus septentrionale euxini maris commanentes: vltra paludes Meotidis quos alij gothos appellāt polowci aūt lingua rutenoꝝ sonāt ⁊ interpretantur venatici seu rapaces: quia sępenumero inuadentes eos spoliabant ⁊ bona ipsoꝝ rapiebant atq; abducebāt: quēadmodū ⁊ thartari hisce temporibus faciunt. Itaq; thartaris ingredientibus terras polowczonū postularunt per ambasiatā ipsos principes rutenorū: vniuersis copijs ⁊ potētijs se adiuuari: quoniā par exitium ⁊ discrimen eos sicut ⁊ polowczos expectaret. Superuenerunt aūt et thartaroꝝ nuncij denuntiantes ducibus russię: ne immiscerent sese bello ⁊ adiutorio polowczonū: sed potius exterminiū eorum tanq̄ aduersarioꝝ procurarent. Russitę vero immaturo vsi consilio: nuncijs thartaroꝝ cōprehensis ⁊ occisis perrexerunt exercitualiter polowcis in adiutoriū: terra mariq; videlicet Mscislaus romanouicz cū militia Kiouieñ: Mscislaus mscislauicz cum militia Halicieñ. Itē ceteri duces Russię wlodimir rurikouicz: duces cirneouieñ ⁊ duces Smolnēses. Iunctiq; exercitui oīm polowczonū peruenerūt in Protolce: ⁊ abinde singuli ascensis equis venerūt duodecim statiuis ad

Polouci
Gothi

Tractatus primus

fluuiū Kalcza: vbi iam thartari castra metati fuerunt: ⁊ illico respirandi spacio non dato thartari in eos irruerūt: ⁊ ɔtritis ac diffugientibus polowcis acies rutenoꝝ disijciuntur plurimaqꝫ cede pacta bini duces Mscislaus Kiouien ⁊ cirneouieñ captiuant. Reliqui fugientes (abhominabile dictu) a polowcis socijs ꝑ quoꝝ terrā fugā maturabāt trucidabantur. Equites quoqꝫ propter equos: pedites propter vestes occidebant ⁊ in aquis suffocabant. In illa ergo die Ruteni in pessimū horrendūqꝫ inciderūt periculū quale in terris russię nunq̄ auditū est. Eaqꝫ prima clades extitit quā ruteni a tartaris pertulerūt. Mscislaus aūt mscislauię Haliciēn dux dū ad naues fugiēdo peruenisset: superatis fluuijs persecutionē thartaroꝝ veritus naues abrumpi precepit: abindeqꝫ fugax in Halic pauore ⁊ trepidatiōe plenus ꝑuenit. Wladimirus aūt rurikouię fuga ⁊ ipse saluatus in Kiow ꝑueniēs: sedē accepit Kiouieñ. Alia vero omnis multitudo rutenoꝝ dum ad naues fugiēdo peruenisset ⁊ eas abruptas offendisset in merorē versa: dū vndas tranare non posset fame ɔtabescens illic ɔsumpta est preter paucos duces, ⁊ aliquos coꝝ milites: qui ī lembis fluuios traiecerūt. Preterea anno dn̄i millesimo ducentesimo vigesimo octauo: in maxima multitudine thartari russiam ingrediētes vniuersam terrā Resanska vastauerūt: ducē occiderunt senes ⁊ impuberes necauerūt: reliquā multitudinē in captiuitatem abduxerūt castra incenderūt. Iterū hieme eiusdē anni venerunt thartari in terrā Susdaloꝝ ⁊ ea vniuersa vastata: ducē Georgiū ⁊ filios eius: pluresqꝫ alios Susdaloꝝ principes interfecerunt castrum Rostow incenderūt captiuos ⁊ predā pro libito abduxerunt. Sequenti quoqꝫ anno in Smolnensem ⁊ cirnyeouieñ regiones venientes: eas crudelissima cede nulli etati parcentes peruastauerunt castra ⁊ fortalitia ex quibus duces ⁊ milites pre timore fugerant incenderunt: ⁊ onusti captiuorum multitudine in terras suas redierunt.

Capitulū tertium de crudeli vastatione Polonię ⁊ Hungarię per thartaros.

POst predicta thartaroꝝ horrenda vastatio ex ordine narrationis subnectenda est. Anno dn̄i millesimo ducentesimo quadragesimo primo. Thartari in Russiā venerunt: ⁊ Kiow amplissimā vrbē ⁊ metropolim rutenoꝝ magnifice ɔstructā funditus deleuerunt. Habuit siquidē prefata vrbs portas ⁊ turres firmiter edificatas: ⁊ ali-

quarum portaꝝ tecta deaurata ⁊ splendentia: habuit ⁊ vsq; nũc ha-
bet Metropolitanũ de ritu Rutenoꝝ seu grecoꝝ: plurimis wladi-
cis ⁊ episcopis a Danubio per Moldauiã valachiã russiã ⁊ mos-
kouiã presidentẽ: in Kiouia iam post destructionẽ non residentẽ.
Habuit insuper ecclesias supra tricentas ornatissimas: quaꝝ aliq̃
in campis inter vepres ⁊ arbusta in hanc diem permanẽt ⁊ stãt de-
solate pro latibulis feraꝝ: ex quibus bine ecclesie videlicet s. Marie
⁊ s. Michaelis aliquas laminas tecti adhuc tenẽt deauratas: quas
thartari predatũ veniẽtes ⁊ inspicientes Altim bassina vocant: al-
tim bassina. i. aureũ caput habentes: q2 partẽ tecti deaurati habent
Hac vero tempestate in monte vbi olim castrum Kiouieñ stabat:
Lithuani dñi illius loci: fortaliciũ amplũ de roboribus ⁊ lignis ex-
struxerunt ⁊ tenent. Itaq; tota Russia cũ sua metropoli ⁊ Podo-
lia omniquaq; pessundata. Bathus thartaroꝝ imperator volens
Hungariã ingredi: misit ducẽ Petam nomine: cum magno exerci-
tu vastandũ Poloniã. Aiunt Poloni Bathum regem thartaroꝝ
poloniam Slesiã Morauiã vastasse. Verior tñ historia eoꝝ: sic ⁊
cronica hungaroꝝ referũt Bathum non fuisse in Polonia sed du-
ces ipsius: qui trucidatis tirannis ⁊ principibꝰ rutenoꝝ: receptaq;
preda in opidum Lublin ⁊ Zauichost: viciniisq; eoꝝ: reduxerũt eam
in Russiã: festinanterq; redeuntes: expugnauerunt Sandomiriã
cũ castro. Illicq; occiderũt abbatẽ pokrziwnicen cũ fratribus eius
⁊ magnũ numeꝝ vtriusq; sexus nobiliũ ⁊ ignobiliũ viroꝝ ac ma-
tronaꝝ: ad õseruandũ vitã sandomirie collectoꝝ. Inde exeuntes p
Wislicam in Skarbimiriã venerunt ⁊ reuertebant predã deductu-
ri in russiam. Dumq; statiua tenerent ad fluuiũ Czarna: apud villã
que maior thursko vocat: irruit in eos Wlodimirus Cracouieñ pa-
latinus cum militibus Cracouiensibus. Vbi inter pugnandũ oĩs
captiuoꝝ multitudo diffugiens: in ꝓpinquas siluas se recepit: su-
perati tñ sunt pauci a multis. Wlodimirus palatinus Cracouieñ cũ
suis a thartaris: verũ strage suoꝝ perculsi thartari per siluã Stre-
mech in russiã recesserũt ⁊ in supplemẽtũ accersitis plurimis thar-
taris cum fremitu ⁊ ira in Poloniã redierunt: ⁊ quia maximũ exer-
citum habuerunt ad Sandomiriã perueniẽtes bifariã diuiserunt
eum: minoremq; exercitũ in Lanciciã Siradiã ⁊ Kuiauiã destina-
runt cum principe Cadano quem Poloni Caydanũ nuncupant: q̃
nullo obice apparente vastarunt crudelissime illos districtus cedi-
bus atq; igne. Maior aũt exercitus thartaroꝝ cuius ductor fuit pe-
ta thartaroꝝ princeps versus Cracouiã iuit: oẽm oram transitui
propinquã cede ⁊ incendio peruastans. Occurrunt ergo ei in villa

Kiouia
Eccl. sup. 300.

Bathus tartaroꝝ imperator

Vlodomirus cracouiens palatinus

Libri primi

Chmelik prope opidū Sidlow: Olodimirus palatinus: clemens castellanus Cracouieñ Pacoslaus palatinus Jacobus raciborouic castellanus sandomirieñ cum nobilibus ⁊ militibus Cracouieñ et Sandomirieñ. Et facto ꝯflictu cum vna turma thartaroꝝ ipsaqꝫ attrita: pedē referēte: ⁊ ad alterā prestantiorē turmā sese diuertente poloni certamine priori fessi pauci a plurimis aduerso pectore ꝯfossi ceciderunt: reliqui vero in fugam conuersi per itinera nota euaserunt. Ceciderūt in eo ꝯflictu desiderati Cristinus sulkouic de nyedzyed: nicolaus vitouic: albertus stampotic: Zemēta: Grambina sulislaus: milites strennui ⁊ alij plures validi. Ex quoꝝ strage tātus pauor irrepsit vt alij in alias regiones fugerēt: agrestes vero cū pignoribus ⁊ pecoribus in paludes ⁊ siluas ⁊ in inuia se cōderēt. Sed ⁊ Boleslaus pudicus dux Cracouię ⁊ Sandomirię cum Grzimislaua matre ⁊ Kinga ꝯiuge sua primū versus Hungariā in castrū pienini de prope opidū Sandecz postea vero in morauiā ad monasteriū cistertieñ effugit. Thartari aūt post cladē apud Chmelik peractam. Cracouiā in die cinerū venerūt: ⁊ eam vacuā hoibus inuenientes (omnes siquidē in abdita diffugerant) in ecclesias ⁊ domos incendio seuierunt. Ecclesiam vero sancti andreę tunc extra muros Cracouieñ extantē: vallantes oppugnabant: expugnare tñ non valuerunt qm̄ pluribus polonis magna vi ⁊ fortitudine se ⁊ sua illic defendentibus irrito cepto recesserunt ⁊ in Vratislauiā perrexerūt: quam similiter vt Cracouiā desertatā habitatoribus: sed ⁊ ꝯflagratam habitationibus reperientes (ciues etenim vratislauieñ pauore ꝯsternati: fere omnibus relictis: preciosioribus dumtaxat festine raptis fugā inierunt: quod gentes ducis Henrici de arce videntes descenderunt ⁊ opes cū victualibus in arcem inducētes vrbē cū tectis eius flāmis exusserūt: ⁊ thartari in vrbe nil reperiētes) castrū vallarunt: ⁊ post aliquot dies obsidionē soluentes (vt aiunt orationibus ⁊ lachrimis Ceslai prioris ordinis predicatoꝝ ⁊ fratrū eius in castrū admissoꝝ depulsi) recesserūt. Interimqꝫ feria scd̄a pasce thartaris qui Kuiauiā vastauerunt superuenientibus simul iuncti in legnizam profecti sunt. Dux etenim Henricus scd̄us sanctę heduuijs filius per illud tempus ibi collegerat gentes ⁊ armigeros: tam nobiles q̄ agrestes maioris Polonię ⁊ Slesię. Aduenerāt ⁊ pricipes cum suis militibus Myeczlaus Kazimirides dux Opoliensis: Boleslaus filius Depoldi marchionis morauię expulsi: qui Sepiolka cognominatus est: ⁊ Pompo de Hosterno magister cruciferoꝝ de Prussia cū fratrib⁹ sui ordinis: insup ⁊ cruce signati plures. Cūqꝫ ex opido Legniceñ duceret agmina ⁊ ea obequitaret: lapis de sum-

Poloni ceciderunt

Boleslaus dux crac.

Cracouia exusta

Vratislauia

Ceslaus ord. pred. prior

Kuiauia

Henricus .ij.

mitate ecclesie beatę Marię decidit: parūq; abfuit qñ caput ducis
Henrici non dirupit: qḋ reuera infaustū omen fuit. Suburbana
itaq; opidi Legnicen̄ ꝑtergressus: quatuor acies instruxit ꝛ ordina-
1 uit. Primā de cruce signatis voluntarijs ꝛ de aurifossoribus opi-
di goltberk: alijsq; pegrinis militibus hāc Boleslaus syepiolka fi-
2 lius marchionis morauie ducebat. Altera acies fuit militū cracoui-
en̄ ꝛ maioris Polonię hanc Sulislaus frater Vlodimiri olim pala-
3 tini Cracouien̄ circa chmyelik occisi ductitauit. Tertiā aciē guber-
nauit Myeclaus dux opolien̄ i qua erāt milites opolien̄: ꝛ pompo
4 magister prussię cū fratribꝰ ꝛ militia sua. Quartā aciē ipsemet dux
henricus ex ꝑstātioribꝰ militibꝰ Slesię ꝛ maioris polonię ac ꝑcio
ꝯductis militibꝰ rexit. Totidē erāt thartaroꝝ agmina: sed robore
ꝛ frequētia pugnatoꝝ prestātiora: ita vt vnū agmen eoꝝ oīa polo-
noꝝ agmina excederet. In cāpo igit̄ qui bonus campus dicit̄: porre-
cto ꝛ in oēs ptes lato vterq; exercitꝰ qnto idus aprilis: alias feria
scḋa post octauas pascę ꝯuenit. Primūq; cruce signatoꝝ ꝛ aurifos-
soꝝ exercitus cū thartaris magno impetu ꝯgressus: velut tenerę ari-
ste a grandine ꝑcussę: a sagittis thartaricis obtritus est. Deīde duo
agmina sub gubernatiōe Sulislai militis ꝛ Myeczlai ducis Opoli-
en̄ ꝯsistētia: pugnare cū tribus thartaroꝝ agminibus ingressi vali-
dam in thartaris stragē ediderūt: ita vt pedē referrent ꝛ fugam ini-
rent. Quidā aūt celerrimo cursu circa vtrūq; exercitū discurrēs ter-
ribili voce clamauit: Byegayce byegayce: quod sonat: fugite fugite.
Polonis terrorē incutiēs. Quā vocē Myeczlaus dux Opolien̄ au-
diens: deserto prelio fugit ꝛ secū magnā partē militū traxit. Quod
videns dux Henricus ingemiscens dixit (Gorze se nam stalo) i. paꝰ
ꝛ moleste nobis accidit. Inducensq; suā quartā aciem fortissimoꝝ
militū: tres acies thartaroꝝ a duabus aciebus Polonoꝝ disiectas
prostrauit ꝛ in fugam conuertit: Quarta aūt acies thartaroꝝ ꝛ ma-
ior omniū cum suo duce Peta superueniens: horribili impetu bel-
lum intulit: ꝛ bellum acerrimū inter vtrosq; durauit: magnaq; ex
parte thartaris cęsis ꝛ in fugam spectantibus: quidam thartaroꝝ
verillifer valdę magnum ferens verillum: in quo chi littera greca de-
picta erat: talis X ꝛ in summitate hastilis imago teterrimi ꝛ niger-
rimi coloris cum barba prolixa: cępit incantando fortiter caput
imaginis quatere. Ex quo illico fumus et nebula horrendi et in-
tolerabilis fętoris in Polonos diffusa est vt pene exanimati
et inualidi ad bellum redderentur. Clamore itaque horrendo
eleuato in Polonos Thartaricus exercitus conuersus: acies eo-
rum quę interim integre erant dirupit: ꝛ eas magna strage affecit.

Libri primi

In qua dux Boleslaus filius marchionis Moravię dictus syepi-
olka: ⁊ Pompo magister cruciferoꝝ de Prussia cū multis insigni-
bus militibus necati sunt. Dux vero henricus corona a thartaris
circūfusus est vt a tergo ⁊ fronte cederet: iamq͡ʒ ad extremū circa eū
non nisi quatuor milites versabant̄. Sulislaus frater olim Wlodi-
miri palatini Cracovieñ. Clemens palatinus Glogovieñ. Conra-
dus konrathovicz ⁊ Joannes iwanovicz: qui quanta potuerunt vi
⁊ conatu principē Henricum ex prelio educentes: ad fugiendū di-
sponebant: sed ducis equus sauciatus subsistebat: thartari igit̄ velo-
ci cursu consecutum cum tribus prefatis militibus: quarto Joanne
iwanovic ab eis segregato vallaverūt: cum quibus aliquanto tem-
pore decertabat. Joannes vero Jwanovicz equū recentē a Roscis-
lao aulico ducali receptū: penetratis hostiū cuneis duci administra-
uit. Quo ascenso dux sequebat̄ Joannē Jwanovicz: viam per medi-
os hostes ei parantem. Ipsoq͡ʒ in cursu vulnerato ⁊ euadente dux
Henricus intercipitur: ⁊ tertio circūuallat̄: dumq͡ʒ audacissime con-
tra thartaros dimicaret: ⁊ manu sinistra elevata thartarū sibi obvi-
um feriret: ab altero thartaro lancea sub ascella transfixus: ex equo
demisso brachio moribundus defluxit quem thartari ingenti strepi-
tu inconditaꝝ vocum facto capiunt: ⁊ extra locū certaminis quantū
esset geminatus balistę iactus pertractum: framea caput absciderunt:
corpusq͡ʒ insignibus omnibus despoliatū nudum reliquerūt.
Occisa est in eo prelio multitudo nobiliū Polonię: inter quos clari
⁊ insignes fuerunt Sulislaus frater Wlodimiri palatini Cracovieñ.
Clemens palatinus Glogovieñ. Conradus konrathovic. Stepha-
nus de Wirbna ⁊ Andreas filius eius. Clemens filius Andreę de
Pelcznicza. Thomas pyotrkovicz. Petrus kussa ⁊ ceteri. Corp⁹ du-
cis Henrici post cladē in sexto digito sinistri pedis vir cognitū: et
repertū per Annam coniugē eius in medio chori ecclesię sancti Ja-
cobi apud fratres minores Wratislavię sepultū est. Pomponis ve-
ro magistri Prussie ⁊ militū insignioꝝ supra expressoꝝ: in eodē mo-
nasterio s. Jacobi Wratislavię corpora tumulata sunt. Boleslai aūt
filij marchionis moravie funus in Lubens in choro conversoꝝ hu-
matū est super cetera corpora fideliū in loco prelij sepulta. Ecclesia
in hanc diē durans constructa est. Maxima victoria de duce Hen-
rico ⁊ Polonis thartari potiti: lectis spolijs vnicuiq͡ʒ interemptoꝝ
vnam auriculā absciderunt: ⁊ novē saccos grandes ad sciendū nu-
merum occisoꝝ repleverunt. Ducis aūt Henrici capite in longiori
hasta erecto ad castrū Legnica: Opidum enim metu thartaroꝝ ex-
ustum fuerat applicuerūt. Mandantes vt duce eorum occiso: castrū

Boleslaus
Pompo

Henricus capite truncatur

Poloni multi occisi

Henrici sepultura
Pomponis
Boleslai

eis aperirent. Castrensibus conuenienter respondentibus: q̄ pro
vno duce occiso plures duces filios occisi haberent. Illi vero circa
Legnicz vastatis ꝛ incensis villis: in Othmuchow se receperunt:
vbi quindecim diebus statiua continuando: omnem regionem per
circuitū vastauerunt. Exinde Ratiborieñ oram adeuntes in Bole-
sisko octo diebus cōmorati in Morauiā secesserunt: ꝛ Wencesłao re
ge Bohemię in castris se continente: eam plusq̄ꝫ vno mense incen-
dijs ꝛ cędibus vastauerunt: ab Olomunc septimis castris in Hun-
gariam peruenerunt: ꝛ maiori horde ipsius Bathi quę Hungariā
intrauerat sese consociauerunt.

Capitulū quartū de cruenta vastatione Hungarię per Bathi imperatorem Thartarorum.

BAthi vastata ꝛ ad nihilū redacta Russia. Hungariā
cum quinquies centum milibus ingredi cōtendebat re-
sistentē ergo inter montes Sarmaticos: ꝛ in clausa di-
cta Russię introitū prohibentē. Comitem palatinum
Hungarię a Bela quarto rege hungarię cū gentibus
missum pręfatus Bathi obruit ꝛ expugnauit: festinanter q̄ꝫ excurren-
fl' Tiria. Cisa do opida ꝛ villas ad Ticiā fluuiū qui vulgariter Cisa appellat: ex
montibus Sarmaticis versus meridiē in Danubiū fluentē perue-
Varia nit. Et exinde gentes thartaroꝝ excurrentes. Vaciā cum sua cathe-
drali ecclesia vastauerunt ꝛ incenderunt. Ad Pest quoq̄ꝫ vbi rex be-
la quartus exercitū ꝯtra thartaros colligebat ibant ꝛ redibant: ali-
quando appropinquando: nōnunquām vero fugiendo: prout est
mos pugnandi thartaris. Cumq̄ꝫ copiosum exercitū: tam ex nobi-
Bela libus q̄ꝫ spiritualibus rex Bela coadunauerat: aduersus thartaros
procedēs ad fluuiū Titiā applicuit ꝛ castrametatus est: adhibitaq̄ꝫ
custodia mille armatoꝝ ad pontē: putabat thartaros non transire
fluuiū: q̄m altus est: limosus multū ꝛ inpermeabilis: thartari aūt
qui multo maiores fluuios transierant inuento vado Ticiā in no-
cte transnatarunt: ꝛ in aurora exercitū Hungaroꝝ cum Bela re-
ge eoꝝ vndiq̄ꝫ circūdederūt: missisq̄ꝫ densis. ꝛ quasi infinitis sagit-
tis (velut cū grando nebulosus ac densus cū fragore descēdit) hun-
garos perturbarunt: multos occidendo plurimos vero vulneran-
do. Hungari ergo veluti impręparati ꝛ absq̄ꝫ ordine ꝯtrauenictes
cadebant. Quod alij videntes: meticulosi clam discedebāt ꝛ fugie-
bant: thartari vero tanq̄ astuti: sinebāt eos per mediū sui trāsire.
Colomanus Vnde Colomānus frater regis: sic ꝛ rex Bela quartus tanq̄ igno-

Libri primi

ti euaserunt. Reliquos vero ꝯclusos thartari crudelissime ad vnū necauerūt. Inter quos spirituales maiores ceciderunt: Mathias Strigoniensis archiepiscopus: Vgolinus Coloceñ archiepūs. Georgius eps Iaurieñ. Reynaldus eps Trāssiluaneñ. ⁊ eccl'e Nitriensis eps. Nicolaus Scibinieñ prepositus vicecancellarius regis. Eradius archidiaconus Bachiensis: magister Albertus Strigonieñ archidiaconus. De alijs aūt secularibus nobilibus ⁊ ignobilibus fere infiniti occisi sunt: ⁊ qui fugerant ꝯsecuti in vijs necati iacuerūt. In Pest etiā multi plebani collecti in ore gladij superuenietibus thartaris perierūt. Rex aūt Bela q̄rtus ꝓpere fugit ad metas Austrie: vbi captus ⁊ detentus fuit p ducē austrie: tandē dimissus ad reginā ꝯiugē suā pueniēs: secessit i Slauoniā illic vsq3 ad ꝑsecutionē Cadan cōmoratus: Vastata itaq3 Hūgaria ex vna pte Danubij: in hieme ꝓxima gelato Danubio in partē alterā penetrauerūt ⁊ sedes inē Iaurinū ⁊ Strigoniū fixerūt: vbi in hanc diē fosse ⁊ tumuli habitatiōis eoꝝ cernunt. Ex quo loco ꝑfatā trās danubiū regionē spolijs incēdijs ⁊ occisionibus crudelissime afflixerūt. Cumq3 in thartariā secedere ꝓponerēt: diuiso exercitu: princeps Cadan aduersus regē Belā in slauoniā diuertit. A facie cui⁹ territus rex: ad mare: tandē ad Polam ciuitatē fugit. Cadan aūt quēadmodū cum Bathi ꝯstituerat: ꝑtransitis ⁊ vastatis Bosna: Seruia ⁊ Bulgaria: substitit circa danubiū: donec horda impatoris Bathi supueniret. At Bathi post discessum Cadan vallauit ⁊ expugnauit Strigoniū vrbē illa tempestate notabilē: cuius incole erant varij mercatores Almani: Gallici ⁊ Italici: ⁊ q̄a thesauros quos thartari expetebāt i terra suffoderāt ⁊ occuluerāt: iccirco oēs necauerunt: nulli sexui nulliq3 etati parcentes. Destructaq3 Strigonio secus Danubiū transeūtes ad exercitū principis Cadan opientem ⁊ expectantē puenerūt. Tandē iuxta paludes Meotidis via priori in thartariā abierūt. Tempus aūt quo thartari Hungariā afflixerūt ⁊ multimode vastauerūt: erat fere biennium.

Capitulū q̄ntū quomodo Innocētius papa q̄rtus misit ad Cham thartaroꝝ ne christianos ꝑsequeret: ⁊ quomodo fidē Machometi suscepit.

Discedentibus thartaris tota Europa ꝯtremuit: ⁊ principes christianoꝝ timore perculsi: ne redirent consulebant inuicem. Innocentius quoq3 papa quartus ex concilio Lugduneñ fratrem Ascelinum ordinis predicatoꝝ cū pluribus fratribus eiusdē ⁊ alioꝝ ordinū ad eos misit. Anno dñi. M.cc.xlvi. qui per almaniā ⁊ Bohemiā in

Matthias archieps
Vgolinus eps
Georgius
Reynaldus
Nicol'

Cadan

Strigoniū

Ascelinus

1246.

Bratislauiã venit: exceptusq; ꝛ veneratꝰ est a Boleslao slesię ꝛ Bra-
tislauię duce. Exinde transiẽs ad Lanciciã peruenit: a Conrado du-
ce Mazouię cum suis recollectus ꝛ hospitatus. Dehinc ad Cracoui-
am deductus a Boleslao pudico: a genitriceq; eius Grimislaua ꝛ a
Prandotha ordinario loci benigne suscepti ꝛ habiti sunt: pluribus
pellibus subtilibus prouisi: supra id ꝙ proprio ęre potuerunt emere
quoniã principes thartaroꝝ sine munere adire: nephas est. Tulit
aũt fortuna vt esset apud Boleslaũ pudicũ principẽ Cracouię atq;
Sandomirię: Vasilko princeps Russię: nepos matris suę: huic ita-
q; cõmendati: in Russiam per ipsum deducti sunt: ad Kiouiã vero
venientes: equos acquisierunt pro conditione terraꝝ thartaroꝝ va-
lentes: qui pedibus aquã ꝛ pabulũ sub niuibus sibi quęrerẽt. Tan-
dem ex Kiow procedentes plures duces thartaroꝝ pertransierunt
donec ad Cham seu imperatorẽ thartaroꝝ applicuerunt. Cui legati-
one domini papę Innocentij quarti exposita: postulauerunt vt deũ
vniuersoꝝ agnosceret atq; coleret: ꝛ eum quem misit iesum christũ:
vtq; gentem christianã crudeli nece quẽadmodũ fecit in Polonia
Hungaria ꝛ Morauia non perderet. Et accepto responso: ꝙ Chã
per quinquenniũ gentẽ christianã non inuaderet: per eandẽ viam
ad dominũ apostolicũ cũ litteris imperatoris thartaroꝝ redierũt.
Habes in speculo historiali Vincentij libro. xxxij. hanc historiam:
quam caute legas necesse est: quoniã in aliquibus supersticiosa est.

Cham imperator thartarorum

Vincen. lib 32

¶ Post discessum legatoꝝ christianoꝝ superuenerunt legati sarraceno-
rum persuadentes thartaris vt sectã ꝛ fidẽ Machometi acceptarẽt
tanq; faciliorẽ tolerabiliorẽ: voluptatibus plenã: virisq; bellige-
ris cõpetentiorẽ. Christianoꝝ aũt religionẽ confutando dicebant
esse ociosorũ: imbecilliũ: ꝛ idolatraꝝ: imagines colentiũ. Sarrace-
noꝝ vero legẽ multis vtilitatibus atq; voluptatibus refertã: ꝛ cę-
teraꝝ religionũ vi ꝛ armis expugnatricẽ: vt superbos debellaret: hu-
miliatis vero tributũ ꝯstitueret. Placuit barbaris ꝛ ipsi primũ im-
peratori Bathi ꝛ omnibus thartaris tanq; viris cordosis audaci-
bus ꝛ sensualibus persuasio sarracenoꝝ. Ideo illã ꝛ non alterã su-
sceperunt: ꝛ cum dicant Eissa Rocholla. i. Jesus est spiritus dñi.
Machomet vero rossolai. Machomet est iusticia dei. Noluerunt
spiritũ dei, Jesum benedictũ spiritualiter viuere docentẽ acceptare:
sed iustitiã dei: hoc est Machomet carnaliter ꝛ tanq; bestiam sensu-
alem in spurcitijs volutantẽ. Ab omnipotenti deo iuste in lacu pę-
narum die ac nocte cruciandã amplexati sunt. Itaq; extunc velut et
nunc Machometũ venerãtes sequuntur. Pentatheuco Moisi obe-
diunt: circũcidũtur. ꝛ legalia obseruant: campanis carẽt: sed quot-

tidie labi illo illoloh quod in latino sonat. Non est deus nisi vn⁹ deus clamant: ingenue sese profitentur Ismahelitas: quia de ismael ortos: christianos vero dzintis.i.paganos ⁊ gaur.i. infideles ⁊ sine religione appellāt. Celebrant velut alij sarraceni: tria in anno festa: primū kuiram.i.oblatiōis pasca: in memoriā oblatiōis Isaac: quando abraam multarū gentiū pater precepto dei ipsum necare et offerre proposuerat. In isto festo offerunt arietes aues alites.⁊c. Aliud festū colunt pro animabus: tunc visitant sepulchra suorū maiorū operibus misericordię insistunt: ⁊ alunt pauperes. Tertiū festū agunt pro se suaqꝫ salute. Pro primo festo rite peragendo triginta diebus ieiunant: pro altero vno mense: ꝓ tertio duodecim diebus.

Capitulū sextū de moribus thartarorum: ⁊ de contentis in terra eorum.

Thartari sunt homines vt frequēter staturę medię pectore ⁊ scapulis ampli: facie lati: naso simi: colore tetri ⁊ deformes: robusti viribus ⁊ fortes: famem frigus ⁊ ęstum facile patientes. Equitatu ab ineunte ętate ⁊ arte sagittandi gaudentes. Omnia sua secū ducunt: vagi et instabiles loco, cū vxoribus pueris atqꝫ pecorib⁹ in campis degūt. Ciuitates villas ⁊ domos non habent. Pro hyeme ad releuandū a frigore ad mare Caspiū diuertunt: quoniā illic ratione maris temperiē aeris inueniunt. Ad ęstatē in suam regionē redeunt. Aliqui eorū vnam porcā: duas: tres ve in longū per iugera tria: quatuor et vltra sulcant arant: ⁊ milio seminant: inde cibos ⁊ Bairam.i. pastas faciunt. Non habent frumentū nec aliquod aliud legumen: pecora ⁊ pecudes plurimas tenent: pręcipue caballos ⁊ cabellas pro equitatu ⁊ victu valentes. Incidunt ⁊ vulnerant equos cruoremqꝫ ⁊ per se ⁊ cum milio vorāt: carnes pecudū pecorū ⁊ equorū comedūt etiam semicrudas. Caballos pridie tum sponte tum morbo mortuos exciso loco apostemato perlibenter comedūt. Bibunt aquā: lac: ⁊ ceruisiam ex milio coctā. Aquā thurci ⁊ thartari vocant (Su) interdum thartari dicunt (suba) ⁊ est aqua. Ceruisiā aūt miliarē seu ex milio factā (Buzam) nominant: eandē Ruteni (Buzha) vocāt. Laudant lac pręsertim Komiz.i.acetosum: eo q̄ stomachū eorū confortet ⁊ medicinā purgatiuā faciat. In conuiuijs ⁊ cum hospitibus aduenisqꝫ bibunt (araka) quod est lac sublimatū quod mirabiliter ⁊ cito inebriat. Non furantur neqꝫ fures inter se patiuntur: rapto

tamen viuere vicinos spoliãdo perurcandũ ⁊ deificũ est apud eos. Non sunt artificia inter eos: nec pecunię: sed res pro rebus cõmutant. Verũ in horda Zauolhensi: inceperunt aspros. i. argenteos obolos thurcoꝝ accipere ⁊ tenere. In horda vero Prekopeñ ducatos acceptant. In horda Nohaiska res pro rebus dant: vafri et perfidi sunt exteris: sibijnuicẽ vero ⁊ suis oĩbus fidelissimi. Indumenta sępenumero ex filtro ⁊ lana alba grosse ⁊ plane facta gerũt.

Vestes

Opponce plurimum diligunt: in expressione huius nois preponunt. i. ioponce ⁊ non opponce nuncupantes: ⁊ est pallium album spissum inconsutile pro imbribus ⁊ fluuijs bene vtile. Terra eoꝝ terra plana ⁊ absq̃ montibus absq̃ lignis et arboribus: graminibus duntaxat abundans. Vias non habent: neq̃ nauigia: sed per dies iter suũ cõputant: vt terra Zauolhensiũ thartaroꝝ citissime equitationis a flumine Volha ad mare Caspiũ est quasi triginta dierũ: eq̃tant vna die viginti miliaria magna germanica: pedibus nõ gradiuntur nec itinerant. Ferę apud eos reperiunt: cerui: damę: dorcę: ⁊ snak: ⁊ est animal q̃ntitatis ouis: in terris alijs nõ visum: lana griseum: duo parua cornua habẽs: cursu velocissimũ: ⁊ ęsu carniũ eius suauissimũ. Et dum grex snak in aliq̃ cãpo inter gramina cõspiciat Cham seu impatoꝛ thartaroꝝ cũ suoꝝ multitudie equestres vadũt ⁊ omniquaq̃ circũdant in altissimis graminibꝰ delitescẽtes. Dũq̃ tũpanis incipiũt sonare: tunc snak tanq̃ metu perculsę rapidissime hinc atq̃ illinc: ab vna parte circũstantiũ ad alterã ꝑcurrũt: et iterũ atq̃ iterũ decursando vadunt: vsq̃ quo fatigati deficiant: tũc irruentibus thartaris cum clamore occiduntur.

Vie

Ferę

Snak

Capitulũ septimum de finibus ⁊ metis thartarorum Zauolhensium.

Clauditur terra Cham ⁊ thartaroꝝ Zauolhensium: ab ortu solis mari Caspio seu Hircano. A septentrione campis longissime latissimeq̃ ꝓtensis. Ab occasu fluminibus Tanai ⁊ Volha. A meridie partim mari Euxino seu ponti: partim altissimis montibus Iberię et Albanię: mare Caspium vocant Ruteni. (Chwalẽs ke more) ⁊ est mare non ab oceano: sed a fluminibus illic defluentibus ꝯgestũ: fluunt multa ac magna flumina in alueariũ illius maris: de rippis altis: impetuose ⁊ quasi per saltũ ex alto in mediũ decidentibus: ⁊ iuxta rippas sub ipsas trãseuntibus iter prebentibus. Unde fit vt ibi

De sarmatia asiana

in estate a Persis ⁊ Medis refrigeriū querat: ⁊ in hyeme rōe euapo-
rationū tēperies ɔflat. Juxta illud mare: ⁊ post ad orientē vt rute-
ni ꝓferūt: sunt thartari criniti q̄s thartari Kalmuchi ⁊ paganos Thartari criniti
nuncupant: q̄m ritū machometicū nō colūt: nec crines capitis ab-
radūt: quēadmodū thartari oēs radūt: preter adolescentes q̄ rasa
coma: binos radios criniū ab aure dextra ⁊ aliū a sinistra vsq̄ in
brachia ꝓminētes: in signū inubilitatis aut virginitatis relinquūt.
Ab occasu sunt flumina Tanais ⁊ Volha: tanaim thartari Don Tanais
appellant: q̄ scd̄m fontes suos ex ducatu Rzesensko a duce Mosko-
uię occupato: versus septentrionē fluit. Post flectit̄ in meridiē: ⁊ tri-
bus hostijs paludes Meotides ingredit̄: immo ipse paludes meo-
tidas causat. Sunt itē circa tanaim arbores: pomaq̄ ⁊ alij fruct⁹
Sunt ⁊ mellificia quercina nōnulla ⁊ pauciora de pino. Inde est q̄
thartari sanctū Don dicūt: q̄a iuxta illū victū ex fructibus melle ⁊
piscibus reperiūt. Volha fluuius thartarice Edel nuncupatus: ex
Moskouia ꝓfluit ex fontibus septētrionalioribus ⁊ occidentalio- Volha fl.
ribus q̄ꝫ Tanais: qui cū ad septētrionē flueret longo tanaim cir-
cuiens interuallo: deflectit̄ in orientē ⁊ meridiē ⁊ viginti q̄nq̄ ho-
stijs seu fluminib⁹ in mare Euxinū delabit̄. Distat tanais a volha
q̄nq̄ hebdomadarū itinere: ad minus veloci cursu triū hebdomada-
rum eq̄tatione vel plus. Et est volha in triplo maior q̄ꝫ Don: vi-
gintiq̄nq̄ aūt partitiōes seu ꝑticularia flumina ipsius volhę sunt
magna: minora aūt ex eis sunt tanta: q̄ntus tiberis Romę aut vis-
la post Cracouiā: sunt multum piscosi prefati fluuij. ita q̄ framea
thartari: cęteriq̄ transeuntes in rippa stando: pisces cū aq̄ decur-
rētes secēt ⁊ tollāt. Est iuxta hos fluuios tanaim ⁊ volha air. i. ca- Air
lamus aromaticus q̄ ⁊ (brostkorce) dicit̄: in maxima copia. Ibidē Reuponticū
reuponticū qd̄ thartari nominā̄t (cinireuent) crescit: ⁊ cinireuent
nomen est ꝑsicū. Itē (Kucilabuka) vel vt alij exprimūt kilcabuba: Oculus cornicis
⁊ in latino sonat oculus cornicis: ⁊ est multę calefactionis. De or-
tu horū fluminū don ⁊ edel: cum de Moskouia tractauero clarius
dicā. Quotiēs aūt thartari Zauolhenses in terras nostras spolia-
tum ire vadunt: per hęc ⁊ alia flumina absq̄ nauigio (alligatis sar-
cinis desuper: ɔiugibusq̄ ⁊ pueris in dorsis equorū sedētibus: ipsi-
met caudas caballorū tenētes) transnatāt: ⁊ rapinas crudelitatesq̄
plurimas inserunt. Ad meridiē versus mare Caspiū sunt montes
Iberię ⁊ Albanię: quos Rutenia gente (Pyacihorsci cirkaci) qua-
si quinq̄ montani cirkaci vocāt. Inter illos siquidē mōtes sunt
Gazarorum gentes: quas vt vestra Morauica legenda depromit Gazari

sanctus Cirullus ⁊ Metudius fratres: per Michaelē imperatorē Constantinopolitanū missi: ad fidē christi ꝯuerterūt: ⁊ vsq nūc fidem ⁊ ritū grecoꝝ profitentur: sunt homines bellicosi: in tota asia ⁊ Egipto acceptabiles: apud hos thartari Zauolhēses tela cōparāt Verū hac etate greci illas gentes Abgazari: ⁊ abgazeli nominant: ⁊ vicine iuxta illos sunt gentes Circassi ⁊ Mengrelli: omnes de ritu greco per beatū Cirullū in fidē christi reducte. Inde sanctus Cirullus rediens ex mari euxino seu pontico (in quo omnipotens deus mirabilis ⁊ gloriosus in sanctis suis: dederat habitaculū ⁊ ecclesiam marmoreā per manus angeloꝝ sancto Clementi structā: quā singulis annis in festo. s. clementis ⁊ septē diebus: mari recedente ⁊ siccato: secure circūsiti incole aggrediebant: sanctū dei venerādo colendo ⁊ extollendo) sustulit corpus sancti clementis ⁊ in Moraviā predicaturus christū dominū secū tulit ⁊ asportauit. Deinde Romam euocatus ⁊ per papā Nicolaū citatus: predictū corpus. s. clementis Romā detulit ⁊ in ecclesia. s. clementis honorifice deposuit Ipse Cirullus cum Metudio fratre in eadē basilica beati clemētis Rome sepulti. sed non sunt reperta ossa illoꝝ per tuā R. P. summe desiderata in eadē basilica quesita. Ex montibus Circassoꝝ pyacihorski: seu quinq montiū fluit magnus fluuius Tirk in thartarico nuncupatus: rapidissimo cursu lapides secū voluens ⁊ multos pisces: in mare Caspiū defluit. Post hunc ex eisdē montibꝰ fluuius Coban minor q̄ Tark in prenominatū mare caspiū descendit.

Capitulum octauū de genelogia imperatorum trans Volham incolētium.

Quatuor sunt horde thartaroꝝ: totidē imperatores eorundē: scilicet horda Zauolhensiū: horda Precopensiū hordaq̄ Cosanensiū: ⁊ quarta horda Nohacēsiū: quintam q addunt que imperatorē non tenet ⁊ nuncupant eam Kazacka. De his inferius dicet. Horda in thartarico multitudinē significat. Principalis ergo horda est Czahadaiorum siue Zauolhensiū: que Tak Xi. i. capitalē hordā vel homines principales ⁊ liberos sese nominat: tum quia nulli subiicit. tum q̄ ab ipsa cetere horde propagate sunt: ob hoc ⁊ Moskouite magnam hordā Zauolhensiū hordā appellant. Inde etiā imperator eoꝝ Ir Tli Xi. lingua ipsoꝝ: hoc est liber homo dicitur. Dicitur ⁊ Vluchā quod sonat magnus dominus: siue magnus imperator: vlu enim

Libri primi.

magnus: Cham vero dominus & imperator est. Eundē aliqui ma- Cham
gnū canē dixerunt & male interpretati sunt: quia Vlucham non si-
gnificat magnū canē: cham etenim cum aspiratione dominū aut im-
peratorē: & cam sine aspiratiōe cruorē: & nunq̄ canē sermone tharta- Cam
roꝝ designat. Produnt itaq̄ & referunt thartari: q̄ quędā vidua ¶
concepit & peperit filium nomine Cingkis: & cum filij ipsius tanq̄
adulterā necare voluerunt: finxit & excusauit se non ab homine sed a
radijs solis concepisse. Cui figmento filij credentes matrē liberā di-
miserunt. Natus ergo eius Cingos vel cingkis: homo fortis hu- Cingos. Cingkis
milis: creuit in virū magnū & fortē. Et is fuit primus ꝓpagator et
sator imperatorū Cabadaioꝝ seu Zauolhensiū. Huius filius fuit
Joachā gentilis & paganus: Joacham genuit Zaincham tertium
imperatorē: qui in orbe terraꝝ & maxime in Polonia Hungaria et
Russia dicitur Bathi. Iste destruxit Gothiā & Russiam & vasta- Bathi
uit Poloniā: Slesiā: Morauiā & Hungariā prout a principio di-
ctum est. Idem Bathi fuit gentilis primū: tandē sectā Machome-
ti persuasus cum thartaris suscepit: quam in hanc diē tenent et se-
quuntur. Quartus imperator ex bathi genitus fuit Temir Kutlu. & Temiz kutlu
interpretatur ex thartarico felix ferrū. Temir felix & Kutlu ferrum:
erat siquidē felix & bellicosus. Iste est ille Temerlanes in historijs Temizlanes
celebrat⁹: qui totā asiam vastauit & vsq̄ ad egiptū pertransijt. Iste
imperatorē Turcoꝝ: Pesaitem primū ꝯflixit & captiuatū catenis au-
reis alligauit: & post in breui dimisit. Iste habuit exercitū duodeci-
es centena milia. Fuit & alius princeps thartaroꝝ eo tempore: Ak- Aksak kutlu
sak Kutlu: quod in latino sonat claudus vel claudū ferrū: quoniā
claudus erat sed ferox. Is multa bella feliciter gessit: & ciuitatē ma-
gnā in terra Czabadai. i. thartaroꝝ Zauolhensiū nomine Kumu-
medczar expugnando desertauit & in solitudinē redegit: stant dom⁹
illius ciuitatis muratę vacuę & ecclesię olim Gottoꝝ tricentę: in ritū
machometicū & Mesquitas (absq̄ habitatoribus) redactę. In ca-
stro illius ciuitatis fit sepultura imperatoꝝ Zauolhensiū. Quintus
imperator ex Temirkutlu progenitus fuit Temir Czar: iste vt dicit Temiz Czaz
per Vittoldū ducē Lithuanię & Vladislaū regē polonię: in auxiliū
contra cruciferos Prussię euocatus fortiter pugnans ferro occubu-
it. Sextus imperator ex Temir czar genitus fuit Machmetczar. Ex Machmet zaz
isto genitus est Achmet czar septimus imperator: & achmet sermōe Achmet czaz
thartaroꝝ exponit cōponibilis. Achmet genuit Siachmet octauū Siachmet
imperatorē. Sziachmet sonat quasi religiosus achmet: & thartari
cognominant ipsum Sachmet: quod est martirisatus achmet: quia

Anno ch. 1500.

per Lithuanos captus detinet in Kowno incarceratus. Iste euo-catus per Albertū regē Polonię & per Alexandrū magnū ducem Lithuanię in solatiū ↄtra Mendligeri imperatorē Prekopensium thartarorꝫ Anno dn̄i millesimo quingentesimo: venit sub hiemem cum sexaginta milibus pugnatorꝫ: mulieres vero & pueri fuerūt supra centū milia: & quia hiems fuit horrida intensiq; frigoris ꝯiunx eius per imperatorē Precopensem clam vocata frigus & inediam non ferens: in Prekopa Siachmet marito suo cū magna parte exercitus fugit. Itaq; Siachmet militibus diminutus & intensissimo frigore pressus per Mēdligeri Precopensem oppugnatus: disiecto eius exercitu ↄflictus est: & cū tricentis equis versus Baizetū Turcorꝫ imperatorē fugit. Cūq; in Byaligrod qđ sonat albū castrum iuxta mare ponticū peruenisset: intellexit se captiuandū mādato imperatoris Baizet. Idcirco prepeti cursu retro cū qnquaginta equis fugit: & in campos prope Kiow euasit. Capitaneus vero Kiouieñ per exploratores de ipso certior redditus: circūdedit eū cū suis & captiuauit. In Vilnamq; lithuanis misit: vnde aliquotiens fugerat & cōsecutus cōprehensus & reductus est. Alexandro aūt rege Polonię & magno duce Lithuanię ↄuentionē generalē in brescie Rutenorꝫ agēte: aduenit mandato eius Sziachmet ex Vilna: et magnifice p regē Alexādrū ad vnū miliare in obuiū sibi eunti susceptus est. Deinceps in Radom p Polonos vt reduceret in Thartariā trās Wolham: ꝯductis aliqt milib⁹ armatorꝫ leuis armaturę decretū est: & vt cōpetentior reductio & a suis laudabilior susceptio fieret: premiserūt Kazak Soltan fratrē germanū Szachmet. Qui trans Wolhā ꝑuenit & cū Albugerim czar patruo Szachmet: in Czahadai terra eorꝫ ꝯnata moratᵉ. Sachmet vero pro expeditiōe armatorꝫ in Lithuaniā transiēs: ad suggestionē Mendligeri Prekopeñ imperatoris captiuatus est denuo per Lithuanos & in Kowno qđ est castrū iuxta mare Balteū detrusus ac incarceratus est Were Sachmet. i. martirisatus a suis nuncupatus.

Byaligrod

¶ Capitulū nonū: q gentes Scithie inquiete sunt & semper rapaces.

NOn possunt Thartari in quiete viuere: quin semper vicinos impetāt ac inuadāt: predāq; ex spolijs hominum & pecorꝫ abigant & reportēt: & hoc cōmune est omnibus hordis thartarorꝫ: ab exordio & ingressu eorꝫ in

De sarmatia asiana

hanc diem. Unde pauca pro multis exemplificando: Anno dñi mil/
lesimo ducentesimo quinquagesimo quarto. Ingens thartaroꝝ ex=
ercitus ex multis legionibꝰ ꝯflatus ⁊ ꝑ gẽtes Rutenoꝝ atqꝫ Lith=
uanoꝝ adauctus: cũ ducibus thartaroꝝ Mogay ⁊ Thelebuga post
festũ sancti Andree in terrã Sandomirieñ aduenit: transiensqꝫ ꝑ
glacies induratas fluuij Visle: tam ciuitatẽ q̃ ecclesias eius incẽdit
castrũqꝫ in qđ vniuersa Sandomirieñ regio cũ vxoribus pignoꝛi=
bus ac fortunis ꝯfugerat cinxit: ⁊ illud nocte ⁊ interdiu expugnauit
sed cũ non preualuisset. duces Russię Vasilko ⁊ Leo filij Danielis
regis Russię dolose suaserunt omagiũ ⁊ subiectionẽ prestituros ꝓ/
pter securitatẽ: qđ Sandomirieñ fecerũt: thartari aũt fide violata
clamore valido ⁊ ꝯcursu inuecti in castrũ: oẽs crudelibꝰ supplicijs
truculentissime enecauerũt: fluxitqꝫ sanguis occisoꝝ de colle arcis:
tanq̃ quidã riuus in Vislã. Alios vero homines occidere fastidi=
entes: tanq̃ gregẽ cumulatos in Vislã impulerũt ⁊ submerserunt.
Effusiqꝫ e Sandomiria thartari: ducatũ ꝓbentibus Rutenis in
Cracouiã veniẽtes ⁊ eã vacuã habitatoribus reperiẽtes: in tecta et
valitudinarios seuierũt: tribusqꝫ mensibus grassati: nullã resisten/
tiam passi: onusti preda in Thartariã reuersi sunt. Preterea apud
Cracouiã puer natus vix semestris (mirabile dictu) articulata voce
thartaros venturos ⁊ Polonoꝝ capita precisuros ꝓdixit. Cunctis
trementibus interrogatus: an ipse etiam thartarorum aduentum
timeret. Respondit plurimum sese timere cum inter alios suum ca=
put essent precisuri. Et ecce sub intensissimis frigoribus ⁊ densissi=
mis niuibus ferocissima gens thartaroꝝ famem sedatura: ducibus
Mogay ⁊ Thelebuga. Primum in Lublienses ⁊ Mazouię: ex post
in Sandomirieñ Siradieñ ⁊ Cracouieñ oras: in numero locustaꝝ
venit. A castro ⁊ ciuitate Sandomirieñ cum ignominia ⁊ strage:
militibus qui in presidio erant strennue tutantibꝰ repulsi. Plures
ecclesias: monasteria ⁊ munitiones obtinuerunt ⁊ incenderũt. Ad
Cracouiã aũt in vigilia natiuitatis christi applicantes ⁊ eam ex=
pugnare adorsi: aliquot insignes coꝝ amiserunt: vlulatuqꝫ edito
ab ea discesserunt ⁊ depopulationẽ cũ spolijs longius extenderunt.
Dux Lesko niger de viribus suoꝝ militũ diffidens in Hungariã
cum Griffina sua coniuge secessit. Et thartari grassantes ad alpes
Pannonias ⁊ ad Slesiã ꝑuenerũt. Terris itaqꝫ ꝓdictis spoliatis
sacerdotibus: lactantibus: ⁊ senibus trucidatis cũ ingẽti preda ho
minũ ac pecoꝝ abscesserũt: quã apud Vladimiriã russię partiẽtes

Anno d. 1254

Griffina

viginti vnum milia de virginibus dumtaxat nondū nuptis copulauerunt: ex quo multitudo cęteroꝝ viroꝝ ⁊ fęminaꝝ poterit ęstimari. Eodē fere tempore thartari per Cumanos inducti: Hungariā cędibus ⁊ spolijs vsqꝫ ad Pest vastauerunt: ⁊ in ea ab octaua epiphaniaꝝ: vsqꝫ ad festū pascę cōmorati sunt. Item eodē anno thartari imperiū Constantinopolitanū inuaserunt ⁊ plurimis hominibus trucidatis: multa loca desertauerunt: Vnde ex his liquet ꝙ thartari nunꝙ̄ sine spolijs viuunt: ⁊ ꝙ vicinas gentes turbāt ⁊ inuadunt: veluti istis annis thartari Precopenses sępenumero Valachiam Russiā Lithuaniā ⁊ Moskouiā affligunt. Thartari vero Nohaienses ⁊ Kosanenses Moskouiam inuadunt ⁊ spolijs atqꝫ cędibus implent.

Tractatus secundus.

Capitulū primum quę gentes quęve natio habitat in Scithia quę nunc Thartaria vocatur.

CVm sunt tricenti ⁊ sex anni ꝙ thartari ingressi occupauerunt Sarmatiā Asiaticā seu Scithiam: pulsaret forsan quempiā dubitatio. quę nam gentes inhabitarunt prefatā sarmatiā asiaticā: ⁊ nunc ⁊ priscis temporibus scithiam appellatā. Ad hoc ex precedentibus facile est secundū historias respondere: quoniā Gothi illas terras tempore aduentus ⁊ ingressionis thartaroꝝ incoluerunt: a vicinis Polowci nūcupati: quod sermone slauoꝝ rutenoꝝ ⁊ moskouitaꝝ rapaces ⁊ spoliatores sonat: quia tunc Gothi quēadmodū nunc thartari: tanqꝫ canes venatici vicinas inuadentes nationes molestabant ⁊ spoliabant. Sed altius exordiendo dicamus ꝙ secundū Ptolomeū pheludianū in secundo quadrupartiti: angulus aquilonis septentrionalis vbi nunc resident thartari est de partitione trianguli signoꝝ septentrionaliū aereoꝝ. Dominaturqꝫ in eo saturnus cum signo aquarij: qui reddit prefatū angulū ferocē ⁊ horrendum scdm incolas eius: sic enim inquit idem Ptolomeus. Qui in confinibus terraꝝ Sarmatię ⁊ terrę Ascarde conuersantur aquario ⁊ saturno assimilantur. Vnde maioris sunt crudelitatis: qualitatesqꝫ animaꝝ suaꝝ ferocissimę. hęc ille. Maligne siquidē est influentię ille falcifer saturnus: ⁊ humano generi infestissimus. suis contrarijs qualitatibus frigiditatis ⁊ siccitatis semper contrarius.

Gothi

Polouci

Ptolomeus

De sarmatia asiana

Ex illo ergo angulo ɔsurrexerunt ⁊ vsq₃ in hanc diem insurgūt na-
tiones rigide ⁊ crudeles humanū genus perturbantes: scd̄m q̄ Je-
remias primo capitulo dixit. Ab aquilone pandet̄ omne malum su-
per omnes habitatores terrę: quod cui placeret examinare: manife-
stissimū ⁊ verū (quia diuinū oraculū) apparebit. Ibi enim historię
⁊ Ptolomęus in loco preallegato tradunt mulieres quę amazones
dicuntur habitasse: illis temporibus terror mundi. Nam fragilita-
te sexus abiecta: plures terras vexauerunt. Asiamq₃ minorē occu-
pauerunt ⁊ Ephesum famosam vrbē ɔstruxerunt. His deletis ⁊ ex/
terminatis successerūt alie nationes: scithę cōmuniter nūcupate: or-
bi terrarꝫ vt sępe moleste: tandē superuenerūt Gothi qui ⁊ getę vo-
cantur: quorꝫ captiui a Grecis ⁊ comicis eorꝫ geta ⁊ a dacia dauus ⁊
dacus: tanq̄₃ slaui ⁊ serui tenti ⁊ nuncupati fuerunt. Hi longo tem-
pore possederunt illas terras: ciuitatesq₃ ⁊ castra murauerunt: prę-
da tamē vt semper vixerūt. Donec ex Jubra: a finibus septentrio-
nalis scithię superuenerūt Jubri: qui postea Hugui deinde Hun-
gari sunt dicti: hi Gothos sui multitudine presserūt ⁊ expulerūt. Ci/
uitates tamen ⁊ quędā castra non obtinuerūt. Gothi pulsi alienas
sedes intrauerūt. Primūq₃ Alanos Roxolanos Rutenos ⁊ Van/
dalos eiecerūt: tandē iuxta mare ponti cōmorati: Bulgariā Traci-
am ⁊ imperiū Constantinopolitanū inuaserūt: quos Zeno impera/
tor perhorrescens ⁊ suspectos habens ad Italiā liberandā de ma-
nibus Odoacri Eruli misit: prout infra dicet̄. Vandali vero ⁊ Ala/
ni vagi: a Constantino magno sedē petierūt: ⁊ ꝓ mansiōe Panno-
nias acceperunt. De his specialiter inferius tanget̄. Jubri aūt mul-
tiplicati per flumina magna transeūtes: vt fert̄ ꝑ venatores ceruā
sequētes ducti ⁊ animati: terras Russorꝫ intrauerūt ⁊ Pannoniā
ꝓpere aggressi sunt. Preficiētesq₃ eis Attilā in ducē: fere toti Euro-
pę molesti fuerūt. Deinceps Gothi qui super remanserāt: pace ob-
lata multiplicati sunt: ⁊ thartaros inuasores imo ⁊ exterminatores
prout in principio huis operis diximus acceperūt. Hęc summarie
de habitatoribus Sarmatię Asiaticę dicta sunt: in sequentibus aūt
amplius ⁊ particularius dicetur.

¶ Capitulū secundum de Gothis.

Gothi de scithia pulsi partim in thaurica insula: ⁊ iuxta
eam: iuxtaq₃ mare ponti: cōmorati sunt: partim vero
cum Ragaso rege eorꝫ plusq̄ ducenta milia Italiā in-
uaserunt: ⁊ cū Roma tremeret: ⁊ tantā potentiā expa/
uesceret. Multitudo eorum in aspero montis Fesulani

Amazones
Ephesus
Gothi Getę
Iubri. Hugui
Hungari
Alani. Roxolani
Ruteni. Vandali
Bulgaria Tracia
Attila
Gothi
Gothi
Ragasus

Ragasius — iugo: inedia ꝯsumpta est. Captusq; ꝛ in vincula ꝯiectus est Raga-
sus rex: exercitus vero eius tanꝗ̃ pecudes disiectus trucidatus ꝛ ve-
nundatus est. Hi aũt q̃ circa thauricã ꝛ pontũ sederũt: bifariam
Visigothi — diuisi sunt: ꝛ qui cũ duce Alarico ad occasum in Italiã ꝛ Galliã ꝑ-
fecti sunt Vissigothi. i. occidẽtales gothi vocati sunt. Qui vero cum
Ostrogothi — principe Frigiderno in locis suis ad mare ponti ꝑmanserũt Ostro
gothi hoc est oriẽtales gothi sunt appellati. Exinde apertũ ꝛ mani-
festũ est vnde ostrogothi ꝛ vuisigoti dicti sunt. Patet etiã ꝙ gothi
sub rege Dacię in gothia degẽtes: friuole ꝛ inepte eis noia ostrogo-
thoꝝ ꝛ vuisigothoꝝ appropriãt: cũ non de ipsis: sed de his quos di-
ximus circa Pontũ ꝛ Misiã cõmorantibus: ꝛ illis ad Gallias trã-
seuntibus: orientales ꝛ occidentales gothi primũ ꝛ vere dictũ sit.
Illi aũt in Gothia in septentrione ad oceanũ in terra algidissima:
haud in oriente degunt. Maleq; ꝛ absurde aliena nomina eis vsur-
pant. De hoc vide paulũ diaconũ lib. xvi. cap. ij. Orientales quoq;
gothi Misiã ꝛ Traciã ceterasq; ꝯstantinopolitani impij prouinci-
as ingressi sunt: quos impator expauescens ꝛ ab imperio ꝯstantino-
politano semouere cupiens: cum Theodorico rege eoꝝ ad liberan-
dam Italiã contra Odoacrũ misit. Hi per Seremiũ ꝛ Pannoni-
am gradientes: cum prope Aquilegiã circa fluuiũ Sontiũ se suaq;
Odoacer — iumẽta reficerent ꝛ pabularent: Odoacrũ cũ grandi exercitu veniẽ-
tem ꝛ eis oppugnationẽ inferentẽ fuderũt. Qui fugiens Romam
peruenit: ꝛ quia clausas ei portas reperit: retrocedẽdo ad Rauen-
nam cucurrit. quẽ Theodoricus obsidiõe cinxit ꝛ post triennium
cũ eo cõpositiõe facta dolo occidit: totiq; Italię dñatus est. Qui au-
tem reges gottoꝝ in Italia Gallia ꝛ Hispania fuerunt de facili ex
historicis colliges: qm̃ de his non est mihi intentio principalis scri-
bendi. Iuhris aũt siue Hungaris de Sarmatia asiana in Panno-
niã abeũtibꝰ reliquię Gottoꝝ auctę ꝛ multiplicatę sunt: quas thar-
tari ab oriente superueniẽtes in toto deleuerunt: sed ꝛ ciuitates ca-
straq; demoliti sunt: vt solũ in thaurica insula residui reperirent.
Verũ Ianuenses ex Italia Theodosiã seu Caffam vrbẽ famosam
in Thaurica insula sub ipsis obtinuerũt ꝛ coloniã fecerũt: tandem
thartari de familia Vlanoꝝ de quibꝰ infra dicet̃ per portã septen-
trionalẽ insulã ingressi: totã cũ opidis pagis ꝛ campis occupaue-
runt: ducibus de Mankup (qui generis ꝛ lingue gothoꝝ fuerũt)
duntaxat castrum Mankup retinentibus. Postremo Machomet
octauus imperator thurcoꝝ auus moderni Selambeci imperato-
ris thauricam insulam cõprehendit Caffam expugnauit: tharta-

De sarmatia asiana

ros Prekopenses seu Vlanos cum toto Cheroneso omagiales sibi fecit: Et vltra insulā ad septentrionē castrū Azow in ripa Tanais incastellauit ⁊ in hunc diem thurci tenent. Binos quoqꝫ duces et fratres de Mankup vnicos gothici generis ac linguagij supstites (ha spem gregis gothorum prolificandorum) gladio percussit: ⁊ castrum Mankup possedit. Sicqꝫ gothi penitus: tam circa sarmatias quam in Italia Hispania ⁊ gallia extincti sunt: nec corum genelogia peramplius comparet.

¶ Capitulū tertium de Alanis: Vandalis ⁊ Sueuis.

ALani fuere gentes in alania regione sarmatię europianę: flumini Tanai contigue ⁊ cōtermine. Et est regio plana sine montibus: paucas simositates ⁊ colles habens: caret colonis ⁊ habitatoribus: qm̄ ab inuasoribus eiecti ⁊ dispersi: in alienis prouincijs consumpti ⁊ extincti sunt. Stant campi Alanię late profusi: tam alanis q̄ aduenis possessoribus orbati ac deserti: dumtaxat interdū Kazaci eam pertranseunt: querentes vt moris eorum est quem deuorent. Kazak thartaricū nomen est: Kozak vero Rutenicum: valēs in lingua latina seruilē stipendariū: grassatorem seu reytteronē: spolijs enim viuunt: nulli subiecti gregatim latissimos ⁊ vacuos campos tres sex decem viginti sexaginta. ⁊c. numero percurrentes. Crescit in illa terra calamus aromaticus vberrime (tatarskyezele) a Polonis nomine a thartaris mutato nuncupatus. quoniam non longe a thartarorum regione crescit ⁊ multiplicatur. Ast Vandali sunt ⁊ fuerunt populi germanię vt suis traditiōibus celebrāt Plinius: Suetonius Tranquillus: ⁊ Cornelius Tacitus: secus flumen Vandalum: a regina eorum in libamē ⁊ sacrificiū dijs suis pro victoria ex inimicis adepta: sponte in ipso submersa appellatū. Hoc flumen istula ⁊ Visla vocat. Vt aūt de vandalis cōpletior historia referat: accipiendū est q Slaui ex iauan filio Japhet per Helisam procreati sunt. Noe siquidē genuit Sem Cham ⁊ Japhet. Japhet vero Jauan q̄rtogenitū ⁊ fratres eius. Jauan iuxta mare ioniū ⁊ egeū grecos edidit ⁊ multiplicauit: simul ⁊ Heladicos seu Eolios: slauosqꝫ p filiū suū Helisam ppagauit: a Jauan eñ ioniū mare dictū est: hebrei quoqꝫ ionios ⁊ grecos lingua eorum iauan vocitāt. Hec est sententia Josephi de filijs Noe. Slaui itaqꝫ mox post grecos ad occidentē terras possederūt: Seruiā: Rasciā: Dalmatiā: Misiā: bulgariā: bosnā: croaciā: pānoniā ⁊ Slauoniā. Fuerūt aūt pncipes

Mankup
Alani
kazak
kozak
Vandali
Estula fl.
Visla
Eoli
Slaui

Lech ⁊ Czech bini fratres: Iauan nepotes: de semore Melise descē-
dentes. Croaciā ac Slauoniā per Krupā fluuiū rapidū ⁊ velocem
disterminatas: forte cū cognatiōe ⁊ familijs coꝝ inhabitantes: regi-
am locūqꝫ principalē sue residentie in Psari castro ac villagio eius
nominis tenentes: villa vsqꝫ in hodiernū diē cū suo nomine Psari
permanet ad fluenta Krupe: plures inhaiōes ⁊ colonos: nostro quo
etiā linguagij slauonici habēs. Castrū vero demolitū solas ruinas
⁊ fundamēta arcis demonstrat. Cum aūt ex multiplicatōe hominū
⁊ genelogiaꝝ Dalmatia Croacia ⁊ Slauonia eas non cōprehenden-
tiū sepenumero iurgia ⁊ cedes inter fratres: principes ⁊ cognatos
pullulabant. Qua propter prefati duces Lech ⁊ Czech vitando pes-
sima facinora: patricidia ⁊ mortes hominū animo cōcordi ⁊ consi-
lio salubri: collectis rebus ⁊ gentibus eoꝝ. per familias ⁊ colonias
cū tota supellectili quātulacunqꝫ tunc habebaꝫ: relictis sedib⁹ na-
tiuis: ad occidētales diuerterūt regiones exploratū ire ⁊ percontari
nouas sedes. Sciebāt nāqꝫ orientales meridionalesqꝫ regiones co-
lonis ⁊ habitatorib⁹ occupatas atqꝫ refertas: ⁊ iccirco frustra eas
aggrediendas ⁊ querendas. Profecti itaqꝫ peruenere in Morauiā
⁊ Bohemiā: ⁊ lustrata vniuersa illa regiōe: vasta quidē ⁊ nondum
culta. Perspecta ⁊ aura eius salubri ⁊ gleba fertili: fixerūt tentoria
in monte qui Rzip dicit: cepitqꝫ Czech frater minor: loci amenita-
te delectatus: a maiori natu germano suo Lech plurimis instātijs
petere terras Morauie ⁊ Bohemie in hereditatē suā: posterorūqꝫ
suoꝝ perpetuandas ⁊ populandas. Lech aūt ad obeundā ⁊ nutri-
endam beniuolentiā fraternā: condescēdit votis petitiōibusqꝫ Czech:
⁊ valedicens processit cū suis versus orientē ⁊ septentrionē. Deueni-
ensqꝫ i terras incultas: a nemine vnqꝫ habitatas Slesie ⁊ maioris
Polonie: suos suaqꝫ oīa exposuit ⁊ firmauit. Multiplicatiqꝫ Le-
chite qui ⁊ poloni in his locis maioris polonie ⁊ Slesie: creuerunt
deo volente in maximo numero: ⁊ impleuerūt Vandaliā. i. Polo-
niam iuxta flumen Vandalū qui nūc Wisla nominat. Impleuerūt
pomerauiā Cassubiā ⁊ totā regionē secus mare Germanicū vbi
nunc est Marchia Lubek ⁊ Rostok vsqꝫ ad Westphaliā: sortitiqꝫ
sunt varias nominatiōes scdm varietatē locoꝝ que inhabitarūt: ⁊
hi qui penes fluuiū Sueuū: nunc in theutonico Spre seu sprewa di-
ctum: cōmorati sunt: Szweui nuncupati: ⁊ alij iuxta eos Burgun-
di a casis ⁊ aceruis quos lingua sua polonica (brogy) vocant: ap-
pellati sunt. Sicqꝫ de reliquis (Dreuyanye ⁊ Trauyane) a copia li-
gnoꝝ ⁊ graminū nomina receperunt. Tempore aūt imperatoris Au-

gusti: vt refert Bergomensis in supplemēto Burgundoꝝ octua- Burgūdi
ginta milia ex septentrione venientes ripas Reni insederūt: quos
Drusus ꝛ Tiberius nepotes Octauiani: vt refert Paulus Orosi-
us: expulerūt ꝛ repedare in cōnatas sedes cōpulerūt. Tandē Dru-
sus Renū ꝛ Albim fluuios transeūdo pugnauit (albis fluuius est Albis fl'
p Bohemiā ꝛ misnam vsqꝫ in mare germanicū decurrens labya
in bohemico nuncupatus) ꝛ in Sueuos ꝛ Burgundos incidit: q-
bus cū cruentissimā pugnā egit cū victoria: sed victor Drusus in Drusus
eodē prelio p ferocissimā Sueuoꝝ gentē necatus occubuit: ꝛ in ma-
guntiā relatus: sepultus qeuit. Exinde cesar Octauianus vt mites- Octauianus
cerēt sub mitiori celo sueuos vt inqt Suetonius tranquillus tra-
duxit in Galliā atqꝫ in primis reno agris collocauit: vbi vrbs au- Augusta
gusta in honorē imperatoris Augusti structa est: q̄ translati in hāc
diē Sueuia priori patria ꝛ Vindelici a linguagio Vindelicoꝝ atqꝫ
slauoꝝ nominant. Ipsaqꝫ vrbs Augusta: vindelicoꝝ augusta dicit.
Hec referūt prefatus Suetonius tranquillus ꝛ Martinus in sua
Martiniana parte scda sub descriptōe cesaris Augusti: tametsi sue-
ui de prouincia coꝝ cis mare Germanicū sita educti fuerūt: alij tū po-
loni Vindelici ꝛ slaui subintrauerūt ꝛ illā regionē repleuerūt. Qn̄
tpe Valētiniani imperatoris vt dicit Orosius ꝛ Bergomēsis in sup
plemēto. Burgundi iterū ex septentriōe de terra Vindelicoꝝ surgē-
tes ad Rodanū fluuiū ptransierūt: ꝛ qꝛ pacifice illas terras colue-
runt a vicinis eoꝝ intacti Burgundiā ex suo noīe vocatā ꝯstitue- Burgūdia
rūt. Sed Vindelicos circa Lubek Rostok. Meckelsburg ꝛ fluuiū
sueuū: imperatores Henrici: tanq̄ gentiles Christū colere nolen-
tes expugnauerūt. Sicqꝫ ad extremū Henricus tertius deuictis p̄-
dictis gentibus: theutonicos in eorū loca induxit ꝛ locauit: refert
quoqꝫ historia eiusdē Henrici tertij: qꝛ q̄ttuor reges Vindelicorū
capti diebus festis ꝛ diebus coronatiōis sue: lebetes ꝛ caldaria in
ignominiā eoꝝ ad coqnā eius ferebant. Veꝝ tū verū vsqꝫ in hodi
ernā diē durant vindelici seu slaui in illis locis circa Lubek ro-
stok Misnā ꝛ Marchiā non in vrbibus sed in pagis ꝛ villagijs:
p̄cipue hi qui sarbi ꝛ Winde vocant: permanēt ꝛ nomina polonoꝝ
atqꝫ Vindelicoꝝ prisca in nominatione locoꝝ castroꝝ ꝛ ciuitatum
Nam Lubek rostok Mekelsburg. ꝛc̄. nomina sunt polonica.

Capitulum quartum. Continuatio de Vandalis Alanis ꝛ sueuis.

Liber primus

Alani

Expulsi Alani e suis sedibus ad Vandalos declinaue-
runt: ⁊ simul Pannoniã intrauerunt: ipsamq; quasi
sexaginta annis inhabitarunt: postea Rempu. Roma-
noꝝ inuadentes Gallias afflixerunt. Et exinde vt re-
ferunt historici ad Vandaliã seu Poloniã redierunt
⁊ vsq; ad tempora Stiliconis cõmorati sunt. Intulerũtq; (vt ex
quibusdã signis cõiicio) imensam multitudinẽ argenteoꝝ cũ figu-
ra ⁊ effigie Adriani imperatoris: prout titul⁹ ⁊ superscriptio ostẽ-
dit: quã monetã in hanc diẽ est reperire apud Polonos secus de-
cursus aquaꝝ ⁊ illuuia pluuiaꝝ ⁊ in campis in cultura agroꝝ: vo-
cantq; eã ruricolę denarios sancti Joannis baptiste: ꝓpter expres-
sam imaginẽ capitis ⁊ colli ad similitudinẽ capitis sancti Joãnis
in disco. Tempe aũt Honorij imꝑatoris Stilicon comes Roma-

Stilicon

nus: cupiens filio suo Eucherio apicem ⁊ culmen imperij ꝯquirere
Vandalos: Sueuos Alanos ⁊ Squados ꝯcitauit ad arma ⁊ ad
ꝑturbandũ dominiũ romanoꝝ. Qui in Gallijs debachantes diui-
na ⁊ humana pessundarũt atq; destruxerũt. Deinde Gothis ceden-
tes Hispanias penetrauerunt ⁊ nunc has nunc illas terribili men-
te afflixerunt: Deinceps ad Affricã occupandũ: ꝑ Bonifaciũ prin-
cipẽ Ro. euocati transierũt: ⁊ illã ferro ⁊ igni vastãtes ꝯquisiue-
runt. Prio itaq; anno Gratiani puta anno dñi tricẽtesimo octua-
gesimo primo ⁊ deinceps: sup Vandalos de regno Polonie exeun-
tes regnauit Modigisilus annis triginta. Post hunc filius eius
Gundericus in Hispanijs annis sedecim: hic capta Hispali: cũ
manus in ecclesiã ipsius ciuitatis extendisset a demone corręt⁹ in-
terijt: cui Gensericus frater successit vt refert Paulus diacon⁹ ab
hispanijs ad Affricã transiens: cunctã pene affricã: ferro flamma
rapinis crudelissime deuastauit: fidẽ catholicã impietate arriana
infectus subuertit: episcopos exulauit. Sub hoc turbine: teste eodẽ
paulo diacono ⁊ Possidonio beatus Augustinus eps Hipponeñ
ne suę ciuitatis ruinã cerneret expletis annis vitę suę septuaginta
sex migrauit ad christũ. Deinde Gensericus Cartaginem inuadit
atq; capit cũ validissimo exercitu ex Affrica aduectus Romã spo-
liat: multa milia captiuoꝝ cũ regina Eudoria ⁊ duabus filiab⁹ in
Cartaginẽ duxit: quã Transamundo filio suo in matrimoniũ co-
pulauit. Campaniã ⁊ Apuliã flammis ꝯsumpsit. Capuã ⁊ Nolã
pari ruina strauit. Inter has ꝓcellas vir pijssimus Paulin⁹ No-
lane vrbis eps: ꝓ cuiusdã vidue filio sese in seruitutẽ tradidit: re-
gnauit Gensericus annis qdragintaocto: eo mortuo successit Ho-

Modogisilus
Gundericus
Gensericus
T.
S. Paulinus
eps nolanus

De sarmatia asiana

noricus filius eius: qui effugatis amplius q̄͛.cccxxxiiij.catholicis
epis: ⁊ ecclesijs coꝝ clausis: plebem varijs supplicijs affecit: ⁊ q̄dē
innumeris manus ⁊ linguas abscidit. Illis tñ expeditissime loq̄n/
tibus: vt refert beatus Gregorius in.iij.libro Dialogoꝝ.⁊ Paulꝰ
diaconus in gestis ro. Tandem iudicio dei pcussus: scatens vermi=
bus. miserabiliter expirauit: post hūc Guntamūdus nouem annis
regnauit: post quem Transamūdus q̄.ccxx.epos in Sardinia exi/
lio relegauit. Deinde anno dñi q̄ngētesimo vigesimo regnauit hil=
dericus filius eius ex Eudoxia filia Valentiniani impatoris a Gē=
serico captiuata genitus: hunc pater Trasamundus ad mortē veni/
ens: sacramēti nodis astrinxit: ne vnq̄͛ in regno suo catholicis ꝓsu/
leret. Qui mox patre mortuo anteq̄͛ regnū susciperet: oēs catholi=
cos ab exilijs iussit reuocare: ⁊ epis ecclesias reformare: regnauit
annis octo. Hunc Gilimer pimens: annis q̄nq3 post eū regnauit:
q̄ tantę crudelitatis fuit vt nec parētibus parceret. Tandē Bellis=
sarius patricius a Iustiniano impatore missus est ad affricā: q̄ ma/
gnas copias Vandaloꝝ fudit: regēq3 coꝝ Gilimerū viuū capiens
catena argentea vinctū Iustiniano Constantinopolim misit. Sic
vandaloꝝ regnū in affrica destructū est. Habes ex p̄dictis φ van=
dali sueui ⁊ Burgundi fuerūt de regno Polonie: a locis Polonie
que inhabitarūt appellationē ⁊ noīa sortiti: linguā ⁊ sermonē Po
lonicū ꝓfitentes ⁊ loquētes. Habes scdo φ p̄fati populi Vandali
Sueui ⁊ Burgundi: germani ⁊ non sarmatę neq3 scithę fuerunt.
Ideo Sigisbertus Vincentius in speculo historiali ⁊ ceteri antiqui
ores incōcinne ⁊ iniuste scithas fuisse scripserūt. Collige tertio φ
predictę gentes non de Scandia insula sed de Polonia oriūdi: par=
tem Europę occidentalē ⁊ Affricā perturbauerūt. Unde non recte
antiquiores dixerūt eos scithas ex scandinauia insula: cū scithia p=
prie sit post Tanaim in Asia ad orientē. Scandia vero siue scandi=
nauia fuit ⁊ est ad occasum solis post mare germanicū in septentri=
one: Dacie coherens: quā rex Dacie possidet: multis milibus passu
um a scithia distās. Valde ergo indistincte ac impertinēt: ⁊ iam di=
cte gentes: alaniq3 gothi ⁊ hugni ab inexptis de scandia dicunt exis=
se: cū in ea nunq̄͛ fuerūt nec eā penetrauerūt aut ꝯtigerunt. Collige
quarto φ Poloni Bohemi Sueui ⁊ oīa genera slauoꝝ: post dilu=
uiū in hanc etatē in suis sedibus ⁊ ꝯnatis regnis permanēt ⁊ non
aliunde superuenerūt. Nec est verꝝ φ fassus est Blondꝰ (salua venia
tanti historici in alijs doctissime scribētis: ⁊ modernoꝝ seq̄eiūq3
coꝝ) φ slaui a Tanai ⁊ Bosphoro ascēderūt in Iliricū Dalmatiā

⁊ Croaciā. Lech quoqꝫ ⁊ Cech principes Polonoꝝ ⁊ Bohemorū ad occidentē diuerterunt: ⁊ terras Vandaloꝝ post egressum ipsorū in Gallias intrauerūt. Cū slaui in ipsoꝝ puincijs ⁊ principes Lech ⁊ Cech in Polonia ⁊ Bohemia a diluuio in nostrā etatē permanse, runt: permanent ⁊ deo fauente permanebūt. Verū tamen verū Ru, teni cum suis principibus ascenderūt eo tēpore ⁊ alijs de Russia ⁊ Bosphoro in Iliricū ⁊ Croaciā ⁊ spolia referebāt pinguia: nec il, lic permanserūt. Etiā exeūt de vandalia seu Polonia armigeri sexa, ginta milia: nōnunqꝫ centū milia ad oppugnandū hostes: nec per hoc desertatꝫ regnū Polonoꝝ. Cū ciues: mercatores: ⁊ coloni agroꝝ in opidis ⁊ villagijs intacti permanēt: absqꝫ desolatiōe: sic ꝙ non sint loca ingrediendi ⁊ occupandi exteris: sicut fuit ⁊ tpe Honorij cesaris quando Vandali pugnatores dūtaxat exiuerāt in Gallias. Et adhuc inquiūt historici: ꝙ regressi Vandali (qui primū gallias affligebāt) sedes eoꝝ in Vandalia inhabitauerūt: ergo alij ipsas nō occupauerūt. Collige quinto ꝙ linguagiū Slauoꝝ amplissimū est: ⁊ diffusum: plurimas terras ⁊ prouincias possidēs: veluti sunt Ser, uij: Misij: Rasci seu Bulgari: ⁊ Bosneñ. thurco hac tempestate subiugati. Veluti sunt Dalmatę: Croatę: Pannonij: Slaui: Carni: Bohemi: Morani: Slesitę: Poloni maiores ⁊ minores: Mazoui, tę: Pomerani: Cassubitę: Sarbi: Ruteni: Mos kouite. Hi omnes Slaui ⁊ Vindelici sunt per ampla regna inhabitantes. Sed ⁊ Lith uani iam sclauonisant. Nugardi quoqꝫ Ples kouieñ. Smolnenses ⁊ Ohulici: vide cronicas eoꝝ ⁊ cosmographias. Collige sexto: ꝙ cis mare Germanicū: Poloni: Sueui ⁊ Burgūdi: ꝯsumpti ⁊ extermi, nati sunt per Henricos impatores: dūtaxat Sarbis ⁊ Vindis seu vindelicis adhuc manētibus: vt expressum est supra.

¶ Capitulum quintum de Iuhris.

Iuhri

Iuhri de Iuhra terra scithię septētrionalissima ⁊ frigi, dissima: iuxta oceanū septentrionis: a Mos kouia ciui, tate Mos koꝝ ad orientē ⁊ septētrionē quingentis mi, liaribus magnis Germanicis distante: ascenderunt et venerūt per terrā planā ad meridiē in regionē gotho, rum in scithia: vbi nunc thartari Czahadaieñ seu Zauolhenses de, gunt. Presseruntqꝫ sui multitudine ⁊ eiecerūt gothos de gothia in sarmatiā. Cūqꝫ coaluissent ⁊ pene in infinitū multiplicati fuissent. Audiētes a venatoribus (qui ceruā sequentes transierant flumina

De sarmatia asiana

Volhe ⁊ Tanais) ꝙ esset terra sarmataꝝ Europę fertilior ⁊ aurę
mitioris: coaceruatim prefata flumina transnatantes: sarmatas ⁊
rutenos ꝯflixerūt: gothosq̄ insequentes: cum eis in Misia ⁊ Tra-
cia bellarūt: ⁊ eos superarunt. Intrantesq̄ pannoniā solo vino ⁊
regionis vbertate delectati: mansionē in ea fixerunt. Maternū ⁊ de-
tricum capitaneos romanoꝝ cū coꝝ gentibus aggressi ꝯflixerunt: ⁊
Materno occiso: Detricū in fugā verterūt: preterea regē elegerunt
⁊ supra se ꝯstituerūt virū vafrū animosum ⁊ strennuū Attilā nū-
cupatū: quē hungari suo idiomate (ethele) vocāt. Is aduocatis et
⁊ recensitis multis regibus ⁊ gentibus: Gallias ingressus: eas tirā-
niter ⁊ crudeliter vastauit. Et cū ad campos Cathalaunicos longe
lateq̄ patentes deuenisset. Ethius patricius cū romanoꝝ cohorti-
bus: cū Theodorico rege Gothoꝝ: multisq̄ alijs gentibus aduer-
sus eum accelerabat. Quo cōperto Attila aruspices de victoria cō-
suluit: qui inspectis extis: superatū iri inferiorēq̄ ipsum in illo bel-
lo fore dixerūt: adijciētes ꝙ maior de inimicis occideret: putabatq̄
attila ꝙ Ethius supremus dux partis aduersę caderet: aliquomo-
do de morte ipsius gaudēs (terribilis eñi visa est ei potētia Ethij)
acies ordinauit ⁊ instruxit: cauteloseq̄ ad vesperū: non in meridie:
tubas canere iussit ⁊ ꝯgredi. Ubi numerosissimus populus cęsus
est: ⁊ Theodoricus rex gothoꝝ non Ethius: quod Attila optabat:
cecidit ⁊ occubuit. Attila vidēs se victum: se ⁊ suos inter currus in
mediū castroꝝ recepit. Nox eñi aderat: pręcepitq̄ e sellis equitum
in struē ꝯgestis focū accendere: vt si impeteret: pręcipitaret sese in
ignē ⁊ arderet: potius q̃ in manus hostiū deueniret. Altera autē
die Thorismundus filius Theodorici regis Gothoꝝ: vltum iri cu-
piens necē genitoris: ꝯtra Attilā acies instruebat. Ethius vero su-
spectā habēs potentiā gothoꝝ tanq̃ ⁊ hunnoꝝ persuasit Thoris-
mundo vt obmissa pugna ad possidendū soliū paternū ꝓperaret:
ne frater eius regnū pręoccuparet: quo ꝓmotus discessit. Ethiusq̄
⁊ oīs exercitus ipsius solutus recessit. Tunc Attila exhilaratus:
spes iniquas vltionis coquebat: ⁊ e loco secedens vrbē Remensem
obsedit ⁊ expugnauit: sanctūq̄ Nicasiū eiusdē vrbis pręsulē cū so-
rore eius Eutropia: ⁊ oībus ciuibus trucidauit. Ad Trecas aūt cū
accessisset: occurrit ei pontifex sanctus Lupus ⁊ percontando dixit.
Tu quis es: cui ille Attila sum inquit flagellū irę dei: Lupus arre-
pto freno equi eius introduxit eū cū suo exercitu in ciuitatē dicens.
Bene veneris flagellū irę dei. Ille aūt cum suis cęcitate percussus:
vt aiunt pertransijt vrbem in partem alteram pacificus. Mulier

Maternus
Detricus 20. cap.
Attila
Ethius
Theodoricus
Thorismundus
Nicasius
Eutropia
S. Lupus

Liber primus

¶ aūt pauperrima habens decē filias timore perculsa de suburbio fu-
giebat: filiā postremo editā ⁊ in bimatu natam: in sindōe ad collū
ligata gestabat: duasqꝫ minorennes puellulas in iumento quod an-
te se pellebat portabat: reliquę filię circū circa matrem gradiebant
⁊ ambulabant. Hanc cū bellatores Attilę consecuti sunt: filię eius
territę ad matrē concurrerunt: mater aūt stupida ⁊ sui incompos:
viso fluuio properanter currebat: volens se pręcipitare ⁊ in fluuio
submergere. sed milites eam insecuti in ripa fluuij rapuerunt ⁊ cum
filiabus ad Attilam perduxerunt: quę supplex ad terram procidēs
gratiam precabatur. Cui Attila misertus datis pluribus nūmis ⁊
vestibus: liberā cum prole sua dimisit: sed ⁊ alijs qui cum ea addu-
¶ cti fuerūt propter ipsam pepercit. Deinceps Attila in Germaniam
descendit: castraqꝫ opida ⁊ villas eius vastabat: donec audiret ꝙ
Ethius ⁊ Gothi denuo nouū militē contra eum pararent: quo ꝓ-
motus ad Pannoniā abscessit: ⁊ renouato exercitu: vir vltiuus in
Italiā per Stiriā ⁊ Coritaniā properabat. Ab exploratoribꝰ aūt
certior redditus ꝙ Ethius ⁊ innumerę gentes in radicibus alpiū
operirent eum: declinauit ⁊ diuertit ad Dalmatiā ⁊ Histriā. euer-
sisqꝫ notabilibus vrbibus iuxta mare Adriaticū: ad Aquilegiam
Aquilegia destructa — venit ⁊ per trienniū obsedit. Et cū victualia obsessoribus etiā in
longinquo defecissent: militesqꝫ pre inedia ꝯtra eum murmurarēt:
Cepit iter obequitare vrbē ꝓspiciēs qua parte impeteret eam ⁊ dirū-
Ciconia — peret: viditqꝫ auē quę ciconia vocat: pullū suū e summitate arcis
rostro in propinquū arundinetū portare: sic consequenter ⁊ aliū:
Et exclamans dixit auem presciam futuroꝝ: nosse vrbē peritū iri:
ideo fugere: ⁊ inualescens ꝯtra ciuitatē cepit eam: ⁊ more tirannico
oēs quos in ea reperit in ore gladij trucidauit. Eo. tpe vrbs magni-
Venetię extructę — fica ⁊ prepotens Venetiaꝝ: ob metū Attile extructa est. Progredi-
ens aūt ad Lombardiā Attila crudeliter afflixit ⁊ vastauit eam.
Leo — Cumqꝫ ad Rauennā venisset: aduolauit Leo papa obuiire ⁊ hu-
militer supplicās: vt a vastatione vrbis Romę ⁊ totius Italię sup-
sederet ⁊ cessaret: quod ⁊ fecit. Et dum pugnatores eius admiran-
tes adinuicē replicarent: ꝙ attila neminē timeret: nisi bina aīalia:
Leo — lupū ⁊ leonē de pontificibus propter quos genti coꝝ pepercit para-
bolā sumentes. Respondit Attila. Maturū virū clericali habitu
indutū iuxta leonē cū gladio bisacuto stetisse ⁊ vibrato gladio mor-
tem ei cōminasse: nisi pacē redderet: petitorē exaudiēdo. Abscessit
itaqꝫ ⁊ in Pannoniā redijt. Celebransqꝫ nuptias cū vna pulcerri-
ma virgine: multū vini hausit ⁊ in nocte inter cubandū apoplexia

De sarmatia asiana

suffocat⁹: centū ⁊ vigintiq̄tuor annis ętatis expletis interijt: ⁊ san-
guis ꝑ nares ⁊ os ipsius fluxit. Illa nocte Martianus imperator
in Constantinopoli per somniū vidit Attilę arcū fractū: arcubus
enim gens Iubror potissime vtebat̄. Defuncto aūt Attila insurre-
xerunt inter hungaros dissensiones digladiatiões ⁊ strages: ita vt
plures eor̄ occisi perirent reliquos cū Chaba filio attilę rex Gepi-
dar̄ ⁊ alij olim attilę subiecti de Pannonia expulerunt: qui in Go-
thiā ꝑ paludes Meotidas transierūt: tria vero milia ex eis inter
eundū de Pannonia segregarūt se ab eis ⁊ in Transsiluania man-
serūt: ⁊ ne a vicinis impeterent̄: Siculos in vulgari eor̄ (Czakle)
se nominauerūt. Qui aūt trans Meotidas ⁊ mare Euxinū pene-
trauerūt: sępenumero reminiscẽtes fertilitatis abundātięq̃ pāis ⁊
vini ipsius Pannonię: suis posteris disserebāt ⁊ narrabant: vtq̃
in Pannoniā redirẽt hortabant̄. Factūq̃ est vt post mortẽ attilę
anno tricẽtesimo primo: recẽsitis pugnatoribus ducẽtis ⁊ sedecim
milib⁹: viā patrū eor̄ ingressi: iuxta paludes Meotidis ꝑ Sarma-
tiā in Pannoniā ꝑuenerūt: tempibus Cōstantini impatoris q̄ntĩ
⁊ Zacharię papę videlicet anno dn̄i septingẽtesimo q̄dragesimoq̄r-
to. Primūq̃ in Iazyges ascenderūt: ⁊ illic septẽ capitaneos elege-
runt: vnicuiq̃ eor̄ propter insultū inimicor̄ triginta milia pugna-
tor̄ ꝯsignātes: ⁊ vt melius ab hostibus tuerent̄: septẽ castra: cuiq̃
capitaneo vnū assignādo: rude ⁊ grosse de terra fecerūt ⁊ erexerūt
a quibus septẽ castris in hanc diẽ terra septemcastrẽsis dicit̄. Pre-
terea miserūt exploratū ire Pannoniā: quendam e suis militibus
Kusid appellatū. Is offenso ⁊ reperto rege Pannonię Swyato-
plug nomie (slauus hic erat: nā ⁊ tota Pannonia terra slauor̄ fuit:
licet Romani eis capitaneos ⁊ armigeros extraneos pręficiebant)
ipsum noie iubror̄ aduenar̄ pręsalutādo: equū albū cū sella ⁊ fre-
no deauratis obtulit: ⁊ parū terrę aquę ⁊ herbę ab eo postulauit:
quod rex Swyatoplug ꝯcessit: ęstimabat em̄ agricolas fore ⁊ tanq̄
hospites aliquãtiā terrę pro cultura exposcere: ideo subridens ait.
Habeāt quantū volūt. Kusid ergo lagenā terrę: alterā aquę Da-
nubij: tertiā graminis reportauit: ⁊ quę egit suis exposuit: iubri co-
gnoscẽtes Pannoniā terrā feracẽ ⁊ optimā esse: noie primi pręfe-
cti Arpad nūcupati: Swyatoplug intimauerūt: vt pamplius i ter-
ra eor̄: ꝓ equo albo sella ⁊ freno deauratis empta nō maneret. Is
sero intelligens bellū ei imminere exercitū coadūabat. Iubri aūt
festine accelerātes ad regẽ ꝓpe Danubiū venerūt: ⁊ facta pugna pā-
nonios cum rege eor̄ profligauerunt. Rex quoq̃ Swyatoplug a
facie eorum fugiens in Danubium incidit ⁊ aquis vehementibus

Attile mors

Marcianus ĩpator

Septemcastra

Suatoplug rex pannonie

absorptus periit. At Juhri slauos incolas Pannonię trucidarunt
terrāqꝫ eoꝝ in hanc horam possederūt Slauis vndiqꝫ in finibus
Pannonię remanentibus ⁊ habitantibus. Accipe primo ꝙ Juhri
a Juhra regione scithię de qua oriundi exiuerūt: vocati sunt: ⁊ vsqꝫ
in nostra tpa a Bohemis Polonis ⁊ Slauis hugri appellant: ab
aliis aūt hugni tandē ⁊ hungari dicti sunt. Accipe scđo ꝙ idē lin-
guagiū ⁊ loquela ꝓnunciatioqꝫ acuta: sunt Juhroꝝ in hungaria et
illoꝝ q̄ in Scithia in iuhra degūt. Ver hungari in Pannonia chri-
sticolę sunt ⁊ politiores abundantioresqꝫ in oībus. Juhri aūt in sci-
thia vsqꝫ huc: idolatrę sunt ⁊ agrestes. Accipe tertio ꝙ Juhra septē-
trionalissima est absqꝫ altissimis ⁊ inaccessibilibus montibus: nec
tantis vt sunt alpes iuxta Italiā: neqꝫ sicut mōtes sarmatici. Nō
recte ergo quidā historici tradiderūt dicētes huguos exisse de ꝓuin-
cia eoꝝ de montibus maximis ⁊ inaccessibilibus. Enimuero sunt
montes in Juhra cū densis siluis: patētes ⁊ bene ꝑmeabiles: q̄nti-
tatis medię ⁊ altitudinis petrosi ⁊ saxosi quales sunt ꝑ totū septen-
trionē in fine terrę iuxta oceanū septentriōis: ⁊ scias ꝙ ex oceano
septētrionis: quidā pisces: idiomate Moskouitaꝝ morss nuncupa-
ti in summitatē mōtis mari adiacētis scandūt: ⁊ dentē fricādo se
in ascendēdo appendūt: de culmineqꝫ mōtis deorsum in partē alte-
ram ꝓlabunt ⁊ cadūt: quos Juhri ⁊ ceteri incolę septentriōis capi-
unt: dentesqꝫ eoꝝ q̄ pōderosissimę sunt grauitatis in Moskouiā
mittūt. ⁊ post ad thurcos ⁊ thartaros. De q̄bus manubria ⁊ tena-
cula ensiū frameaꝝ ⁊ cultelloꝝ faciūt: vt impetuosiores ictus graui-
tate adiuuante impellāt. Accipe quarto ꝙ montes Riphei ⁊ Hip-
borei non sunt in reꝝ natura: non in Scithia: non in Moskouia:
nec vsq̄ locoꝝ: ⁊ cū fere oēs cosmographi asserant: Tanaim: Edel
seu volham: Dzwina: ⁊ magnos fluuios ex prędictis montibus ef-
fluere: conficta conficte: ⁊ potius fabulosa inexperti scripsere. Fluit
Tanais Volha ⁊ maxima flumina ex Moskouia: de terra plana
scenosa ⁊ nemorosa: nullis montibus obsita: prout de Moskouia
cū peruentū fuerit dicā, si deus annuerit. Reuerendissime domine
pręsul hic est baratrū profundissimū ꝓpter clarissimos scriptores
montes ripheos ⁊ hiperboreos ponētes. A quoꝝ cōtradictiōe tua
amplissima dignitas me tueat ⁊ defendat: pro oībus argutis rati-
onibus: experiētiā reꝝ opponendo: vt qui non credit: videat ⁊ expe-
riat ꝙ ita est quēadmodū dixi. Accipe quinto ꝙ vhri in Juhra sci-
thię nō colūt agros: nō semināt: nō habēt panē vinū aut ceruisiā:
degūt miserrime in siluis ⁊ foueis subterratis: piscibus vescendo ⁊

De sarmatia asiana

carnibus ferax: quax copiā habēt: ⁊ aquā bibūt: pellibus induunt
ex diuersis animalibus in vnū ꝯsuēdo: pellē lupi cerui vulpis mar-
duris. ⁊c̄. Misera ergo regio est sub polo arctico vt dixit Hippo-
cras in lib. de regionibus aere ⁊ aqua. Subiecti sunt duci Mosko-
uie: ⁊ pendunt pro tributo pelles sabelloꝝ sciſmoꝝ ⁊ similium: qm̄ 6
alijs donatiuis carent. Accipe sexto ꝙ aliqui famosi cosmographi
⁊ historici in illo angulo ad mare septentriōis temperatissimas re-
giones ꝯfinxerunt in quibus propter temperiē ⁊ aurā placidissi-
mam beate ⁊ diutissime viuant. donec tedio affecti de montibus se-
se in oceanū precipitent. Hoc totū fabulosum est: qualis etenim be-
atitudo sit: non habere panē merū ⁊ cetera delectabilia. qualis tem-
peries est: ꝯtinuū frigus qd̄ illic est pati: in solstitio hiemali ꝑpetu-
am ⁊ ꝯtinuā noctē sentire. In solstitio vero estiuo permanentes
⁊ parū tepentes soles videre: sed hec obmitto. Accipe septimo: ꝙ 7
in Iuhra ⁊ locis septentrionis: non effodit aurū: argentū: nec alie
minere. Nec correspondēt fabule ꝙ illic essent griffi ⁊ magne aues
ꝓhibentes fodere ⁊ efferre aurū. Unde scd̄m hoc dico (ꝯtrariū au-
ctoribus antiquis) ꝙ griffi non sunt in rei veritate in illa ꝑte sep-
tentrionis: nec in alijs partibus orbis. Affert aūt ad nos auis que- Gryphes nō sūt
dam rapina viuens quantitatis aquile: sed alis ⁊ cauda ꝓlixioribꝰ
ꝙ̄ aqla in similitudinē accipitris ⁊ vocāt eā moskouite (kizecoth) Auis
nostri vero homines vocāt ipsam (byalozor) quasi albicans splen-
dor qr subalba est scd̄m ventrē. Hanc oēs rapaces aues accipitres
falcones ⁊ cetere rapto viuentes in tantū metuūt: ꝙ inspecta ea tre-
munt cadunt ⁊ extinguunt. Accipe octauo ꝙ in septentrione post 8
Gothiā Sueciā Filandiā Iuhram: ⁊ post mare Caspiū non sunt
monstrosi homines scilicet monoculi: bicipites: canina capita ha-
bentes. ⁊c̄. sunt nobis similes rare: sparsim: ⁊ abinuicē distantes: Monstra nō sūt
pauci numero habitantes: colore vt frequēter liuidi: ꝓpter frigus li-
uiditatē corpibus coꝝ imprimēs. Hec vera sunt: ⁊ qui scripsit veꝝ
scripsit: ⁊ scimus qr verū est testimoniū eius.

Tractatus tertius de successiua thartarorum per familias propagatione.

¶ Capitulum primum de Thurcis.

IN precedenti tractatu disgressiuo diximus de quibus-
dam nationibus ante aduentū thartaroꝝ: Sarmatiā
Asianā seu scithiā per tempora ⁊ tp̄a inhabitantibus
s. de Amazonibꝰ: de Scithis de Gothis ⁊ Iuhris seu

huguis. Cōseqūter dicemus de validis gentibus ex thartaris Cza-
badaieñ originaliter disseminatis: q̄les sunt thurci: vlani seu thar-
tari Prēkopenses: ⁊ thartari Kosanenses: itē thartari Mohaieñ. ⁊
primo de thurcis pauca dicamus. Post aduentū thartaroꝝ ex oriē-
te: in terrā gothoꝝ quā ipsi Czabadaieñ vocāt: anno q̄si nonage-
1 Otomānus simo. Quidā miles magni Cham noīe Otuman⁹ fortis humilis ⁊
fortuna tūc obscurus: viribus tñ corpis robustus ⁊ audax: ꝑpter
certas vt ei videbat̄ iniurias: e thartaris in quadraginta equis se-
cedēs: cepit occulte in Capadocia montes ⁊ aditus oportunos oc-
cupare: ⁊ ex oportunitate loci ⁊ tp̄is predas agere: ad quē plurimi
grassatores: vt fit in huiusce genere hoīm ꝯfluxerūt ⁊ coaluerūt ve-
hemēter: ita vt q̄ꝺ pri⁹ occultis insidijs egit: palā ⁊ pari marte tūc
cepit opida ciuitates ⁊ gentes inuadere ⁊ occupare. Et q̄꞉ non repe-
rit resistentes: ipse celer: manu audax ⁊ dexteritate fortunatus: ꝑ ter
rores cōminationes ⁊ ꝑ aliquaꝝ ciuitatū direptiones: occupauit et
possedit Capadociā: Pontū: Bithiniā: asiam minorē. Pamphili
am ⁊ Ciliciā. Itaqꝫ ex ipso familia Othumanoꝝ siue thurcoꝝ ori-
ginē duxit: q̄꞉ ab aq̄lone pandet̄ oīe malū sup vniuersam terram.
Quod aūt Thurci ꝓpago ⁊ soboles sit thartaroꝝ: identitas morū.
loquele ⁊ pugnandi demonstrat. Nam habitū modūqꝫ equitandi
⁊ curte insedēdi: sagittis quoqꝫ ⁊ arcubus pugnādi eundē habue-
runt ⁊ nunc vt plures habēt cū thartaris. Sermonē etiā ⁊ lingua
giñ thartaroꝝ cōnatū habēt: nō differt loquela thartarus ⁊ thur-
cus: nisi modice velut exemplariter diceret̄ sicut Italus ⁊ Hispan⁹
vel Polonus ⁊ Bohemus. Otumano ex humanis rapto: filius ei⁹
2 Archanes Archanes scd̄s rex thurcoꝝ successit: audacia ⁊ ambitōe patri haud
absimilis sed disciplina rei familiaris longe peritior: quo factū est
vt dominiū ⁊ imperiū a patre ceptū: suapte industria auxerit ⁊ con
seruauit. Deinde tercius rex subsecutus est filius archanis nomine
3 Ammurrates Ammurates: hic grecis dissentientibus: ⁊ imperatore Trapesuntio
⁊ Constantino de imperio certantibus: in adiutoriū per trapesun-
tinū imperatorē precio euocatus: ⁊ in Traciā per hellespontū traie-
ctus: vafer ⁊ astutus euentū belli prorogauit atqꝫ ꝓtraxit. Donec
grecis viribus ⁊ diuitijs fractis ⁊ eneruatis: occasiōe habita in eos
4 Pasaites arma vertit ⁊ Traciā occupauit. Eo defuncto pesaites quartus rex
fili⁹ surrexit: qui rex maximaꝝ cupidus Macedoniā Tessaliā pho-
cidem Boetiā Atticā sui iuris effecit: Bulgarosqꝫ ⁊ Illiricos assi-
duis excursionibus debilitauit ⁊ suburbia egregie vrbis Constan-
tinopolitane spoliauit: ⁊ ciuitatē obsidione atqꝫ fame intantū ex-

De sarmatia asiana

cruciauit vt imperator Cōstantinopolitanus ad italiā ⁊ galliā au-
xilia mendicaturus profectus sit. Sed deo disponēte: Temir Kutlu
magnus Cham thartaroꝝ: quē historici Temerlanē dixerūt: affli- Temerlanes
gendo ⁊ tanq̄ fulgus asiā ꝑtranseundo: incidit in pesaitē prepara-
tum ⁊ occurrentē ei: quē profligauit: ⁊ captiuatū catenis aureis alli-
gauit ⁊ abduxit: breuiqꝫ dimisit: qui paulo post obijt: post hunc qn-
tus rex Alpinus appellatus regnauit: aduersus istū Sigismundus Alpinus 5
Hungarie ⁊ Bohemie rex ac Romanoꝝ impator: copiosum duxit
exercitū. Collatisqꝫ signis tumultuose fusus castra reliquit ⁊ paruo
nauigio vix ꝑ Danubiū: turpē sibi inuenit salutē. Amplius sextus 6
in ordine rex thurcoꝝ Machumetes tributa grauia imposuit: excur- Machumetes
sionibusqꝫ fines sui imperij dilatauit: preterea sublato Machume-
te morte filius eius Ammurates sc̄ds regnauit: hic Thessalonicam Ammurrates
vrbē illustrē euertit. Ciprū ⁊ Etholiā subegit: tribalos illiricos et
hungaros vastauit. Oladislaū polonie ⁊ Hungarie regē in primis
feliciter pugnantē: vltimo congressu ad lacū Varnensem: Joanne
Hunyad cum hungaris e prelio secedentibus superauit ⁊ misere cū
suis occidit. Elatusqꝫ victoria peloponesum vi cepit: ⁊ muros isth-
mi Corinthiaci funditꝰ deiecit: vita deniqꝫ functus: Machumetem
filiū: octauū regē reliqt: q Cōstātinopolim anno christi millesimo Constantinopol deuicta
q̄dringētesimo qn̄q̄gesimo tertio: die vltimo Maij: post obsidiōis 1453 ultima maij
quartū ⁊ quinquagesimū diem: summa vi ⁊ extrema oppugnatiōe
cepit: peram subinde opulentissimū opidū per deditionē demoli-
tis muris accepit. Bulgariaqꝫ ⁊ Rascia potitus: Smyderow ma-
gnificum castrum rascie supra danubium situm adeptus est: ⁊ ex eo
Dalmaciā ⁊ Croaciā in solitudinē redegit. Stiriā quoqꝫ ⁊ Austri-
am penetrauit: Deinde Nigropontū sub Venetis expugnauit: the-
odosiā nunc Caffam nuncupatā in Thaurica insula: Januensium
coloniā vna cū prefata insula expugnauit ⁊ cōprehēdit: binosqꝫ ꝑn-
cipes de castro Mankup (vt fertur postremas gothoꝝ reliquias)
gladio percussit: ⁊ Mendligeri imperatorē thartaroꝝ in predicta
Cheroneso Thaurica: sui iuris fecit. Moldauiā ⁊ Valachiā vasta-
uit: ⁊ cū venetis sedecim annis cōtinuus pugnauit: cū Husacassan Hussacassan
rege persaꝝ similiter cōtinuū bellū gessit: sepe victus: nonnunq̄ et
ipse victor fuit. Obijt prima die Maij anno dn̄i millesimoquadri- 1481
gentesimo octuagesimoprimo: in Constantinopoli sepultus: ꝑ ipso
Thurci Baissetū filiū eius ad imperiū assumpserant. Zeliabus ve- Baissetus
ro minor natu: filius machumeti indignatus ad Soldanū Egipti Zeliabus
recurrens ⁊ exercitū cōparans: cū Baisseto infeliciter pugnauit et

ad Rodieñ fugit: quē magister ordinis Rodiēsis captiuū in Fran
ciam misit: ⁊ postea Alexandro papę. vi. obtulit. Ludouicus autē
rex Galliaꝝ ad Apuliā ꝯsequendā per Romā transiēs: Zeliabū a
dño papa p̄ ꝯtractū accepit: ⁊ inter eundū veneno an fatiga itine-
9 Byssetus ris: incertū est: extinxit. Expugnauit aūt Baissetus nonus rex thur/
coꝝ Kiliam ⁊ Albū castrū in Moldauia. Modon quoq̧ insulā ⁊
vrbē eiusdē nōis: sub venetis vi ⁊ obsidiōe ꝯquisiuit. Cum Sophi
rege Persaꝝ sepe pugnauit: ⁊ quasi semper succubuit. Dum autem
senuisset filius ipsius Selimszabeg quē nostri homines Selēbeg
vocant: imperiū sub eo arripuit: ⁊ Baissetus ad insulā in qua nu-
tritus erat deductus breui occubuit. Decimus rex thurcoꝝ Zelem-
10 Zelemberg beg modernus surrepto imperio: fratres suos necauit ⁊ extinxit: de/
inde minax christianis pręcipue Pannonię bellū inferre ꝓposuit.
Deus aūt omnipotens excelso suo iudicio aduersus eū Sophi re-
gem persaꝝ ꝯcitauit: ⁊ aliquot prelijs ꝯflictū superare ꝯcessit. Tri-
Constantinopol' bus aūt imperatorib⁹ postremo dictis Cōstantinopolis sedes im-
perij: quondā scd̄a roma dicta: domiciliū assiduū factū est: ita vt a
circūsitis incolis: pręsertim a slauis: non Bisantiū nec Constanti
nopolis: sed (Czarow dom). i. domus cęsaris diceret: ⁊ est Cōstan/
tinopolis triquetrę figurę: duobus angulis mari adiacens: tertio
campos prospectās: eius ambitus decēocto miliaria italica ꝯtinet.
non habet grandia pallacia: nisi termas ⁊ scholas philosophanti-
um magnifice nouit structas: templū vero sancte Sophię hoc est sa/
pientie dei: qui est christus vera sophia patris: egregie olim edifica-
tum per Machumetē imperatorē scd̄m thurcoꝝ deiectū est: ⁊ stabu/
lum feraꝝ factū. Roma vero italię rotundę figurę: ambitu muroꝝ
trigintaduo miliaria ꝯtinet: fere duplo ambitū Constantinopolis
excedens: ⁊ habet septē colles ⁊ pallacia preciosa.

¶ Capitulū secundum de familia tharta- roꝝ Vlanoꝝ siue Prēkopensium.

Altera soboles ⁊ genelogia ex thartaris Zauolhensib⁹
deriuata est thartaroꝝ Vlanoꝝ: ab Vlano inuasore
insulę Thauricę cognominata. Vlan puella est ⁊ vir-
Vlanus go: ⁊ q̄r vlanus de virgine vel puella genitus est sine
legittimo thoro: Vlanus nuncupatus est: suisq̧ poste-
ris in Cheroneso Thauricano nomen indidit. Etiam virgines im/
pregnari ⁊ concipere absq̧ viro apud Machometistas nullū mi-

De sarmatia asiana

faculũ est: cum apud ipsos hoc sępius ꝯtingat ⁊ prędicetur. Est aũt
Thauricana insula inter paludes Meotidas: longitudinis vigin-
tiquatuor miliariũ: latitudinis vero quindecim miliarium: habet
tres ciuitates Solat Kirkel ⁊ Caffam: ⁊ duo castra Mankup et
Azow: Solat thartari appellant Chrim. ⁊ cęsarẽ Pᵉ̃rekopensem ex/
inde Chrimensem imperatorẽ vocant: ⁊ ciuitas illa domus exiles
habet: ⁊ est deserta pro maiori parte. Alia ciuitas minor est Kirkel:
⁊ supra eam in rupe alta est castrũ ex lignis ⁊ argilla factũ. In hac
rupe vt fertur draco cõmorabat: ⁊ trucidabat homines ⁊ iumẽta:
propter quẽ incolę fugientes habitationes propinquas vacuas re-
liquerunt: ⁊ qꝛ gręci ⁊ italici insulã inhabitantes gloriosam dei ge-
nitricẽ Mariã precati sunt vt eos a dracone liberaret. Viderũt suc/
cessu temporis candelã ardentẽ intra rupem: inciderunt ergo ⁊ se-
cuerunt gradus ascendendi in rupe: ⁊ peruenientes ad candelã ar-
dentem: imaginẽ sanctissimę genitricis Marię ꝯspexerũt. corã qua
lumen arsit: draconẽqꝫ desubtus per medium ruptũ iacentẽ. Ege-
runt itaqꝫ gratias de tam miranda liberatione: ⁊ draconẽ in fru-
sta sectum proiecerunt extra rupẽ: ⁊ quia incolę glorificantes beatã
virginẽ ad imaginẽ eius ascendebant veneratũ. Acigeri cęsar Pᵉ̃re-
kopeñ contra fratres suos pugnans exemplo eoꝝ motus: supplica-
uit beatę virgini Marię vt eum adiuuaret: votũ vouens ꝙ virgi-
nem benedictã remuneraret Nam machometici venerantur beatã
mariã: profitentes eam virginẽ absqꝫ thoro virili magnũ prophe-
tam Jesum benedictũ concepisse ⁊ peperisse. Cumqꝫ adiutus supe-
raret suos ęmulos: binos equos quos habuit meliores vendidit: ⁊
exinde cęra empta: maxima duo lumina siue candelas fecit: ⁊ ante
imaginẽ coram ardere quottannis iussit: quod in hanc vsqꝫ diẽ ꝑ
subsequentes imperatores ꝯtinuatur. Tertia ciuitas est vrbs The-
odosia: nunc Caffa dicta: quã expugnauit sub Januensibus Ma-
chumetes scd̃us imperator thurcoꝝ: castrum vero Mankup quod
est versus occasum a Caffa: prefatus thurcus machumetes vi accipi-
ens: binos fratres principes ⁊ dños castri Mankup (vt dicit̃ reliq/
as vltimas gothoꝝ) gladio occidit. Azow quoqꝫ castrũ circa ho-
stia fluuij Tanais sitũ incastellauit. ⁊ thurci vsqꝫ nunc tenẽt. Thar/
tari vero vlani ab ingressu insulę in campestribus eius: vt est in-
nata ꝯsuetudo thartaroꝝ degunt: ⁊ extra insulã iidẽ campestria sar/
matię europianę iuxta paludes Meotidas ⁊ mare ponti vsqꝫ ad al/
bum castrũ occupando possidẽt. Ingressumqꝫ in insulã seu introi/
tum ad occasum solis fecerunt aggerẽ de terra longitudinis vnius

Thauricana isula

1 Solat

2 Kirkel

3 Theodosia
Caffa

Mankup

Azou

Tharzari

miliaris in modũ pontis sternẽtes rude tñ ⁊ semiplene: ita vt aque maris in aliqb⁹ locis aggerẽ ptrãseãt. Insula ergo antiqtus thaurica dicebat: nũc vero Precop. qđ sonat fossatũ: qm̃ aq̃ circũdederunt eã ⁊ ꝓtegãt tanq̃ fossata aq̃s plena ciuitates: sed hec hacten⁹.

Tha·zica

¶ Videamus deinceps genelogiã. Post vlanum in thaurica regnauit Tachtamis czar: qui vna cũ Vitoldo duce Lithuanie ꝯtra fratrem suũ Temir kutlu czar impatorẽ Zauolheñ pugnauit: ⁊ supatus est. Ex tachtamis czar filius eius Szidachmeth czar regnare voluit: sed Acikerei czar expulit eũ ⁊ ipsemet ꝓ eo regnauit. Szidachmet aũt ꝓ auxilio in Lithuaniã precit: ⁊ captiuatus ꝑ lithuanos cũ vxore ⁊ filijs in castro Korono incarceratus est: ibi cũ ꝯiuge ⁊ filijs mortu⁹: in dieb⁹ Kazimiri tertij regis Polonie ⁊ magni ducis lithuanie: defuncto Adzigeri czar: q̄ septẽ filios reliq̃rat senior filius Naider nominatus obtinuit imperiũ. Mendligeri vero vnus ex p̃fatis filijs ad impatorẽ thurcoꝝ ꝯfugit: ⁊ accepto subsidio ⁊ vxore a thurco: dispersit ⁊ eiecit Naider ⁊ Jamurci cũ alijs fratrib⁹: hi ad iwã Vasilowicz Moskouie ducẽ fugerũt: q̄ suscepit eos ⁊ ducatũ Kosanẽsem eis donauit: Ex Mendligeri czar nouẽ filij nati sunt: prim⁹ Machmet Kerei: alter Achmet kerei: tertius Machmut kerei: q̄rt⁹ Bethi kerei: ⁊ est submersus dũ p̄dã ageret ꝑ fluuiũ in Valachia anno dñi millesimo q̄ngentesimo decimo. Quintus Burnas kerei sextus Mubarek kerei: septimus Sadech kerei: octaui ⁊ noni noĩa non teneo. Nunc pro patre suo regnat Machmet kerei czar. Et scias ꝙ licet thartari Precopẽses magis ciuiles mitioresq̃ ratiõe aure sexti climatis quod inhabitãt deberent esse: tñ non deseruerunt priscã suam lupinam rapacitatẽ ⁊ ferinam crudelitatẽ sicut bestiales. qui campos ⁊ siluas inhabitant. ⁊ non ciuitates nec villas. Inuadunt enim singulis annis vastant ⁊ depredant Russiam Lithuaniã Valachiã Poloniã ⁊ quandoq̃ Moskouiam.

¶ Capitulum tertium de thartaris Kosanensibus ⁊ thartaris Nahaiensibus.

Kosanen

Tercia horda thartaroꝝ Kosanensiũ nuncupata est sic a castro Kosan supra flumẽ Volha circa metas Moskouie sito penes quod cõmorant Et exiuerũt de principali horda oĩm thartaroꝝ vicz de thartaris Czahadaieñ siue Zauolheñ: sicut ⁊ ceteri thartari omnes. Habet autem predicta Kosonẽsis horda quasi duodecim milia pugna-

toꝝ in necessitate aūt quando aduocant alios thartaros: ad triginta milia bellatoꝝ ꝯstituūt. Istoꝝ principes ⁊ facta coꝝ genelogiaq̄ȝ non scribuntur: q̄m omagiales sunt ducis Moskoniȩ ⁊ pendent ex arbitrio eius in viuēdo: in bellando ⁊ duces sibi eligendo: iccirco quod de moskoꝝ principe dicetur de ipsis poterit accipi ⁊ adaptari. Quarta horda recens ⁊ noua: vltimo ex thartaris Zauolhensibus orta est Occassoꝝ siue thartaroꝝ Nahaicē. Nam postq̄ Occass. insignis seruus ⁊ miles magni Cham: habēs triginta filios occisus est: filij secesserunt a capitali horda Zauolhē ⁊ iuxta castrū Sarai degere ceperunt ante hunc annum christi millesimū quingentesimū decimumseptimum: circiter septuaginta annis: vel paulo minus: subitoq̄ȝ in immensum creuerunt: intantū vt hac tempestate numerosissima ⁊ maxima surrexit horda ipsorum. Isti sunt septentrionaliores ⁊ frigidiores oīm thartaroꝝ. Moskouiȩ a parte orientali adiacentes: ⁊ sepenumero eam inuadentes atq̄ȝ spoliātes. Dominantur inter eos filij ⁊ nepotes Occass. Non habent pecuniam nec monetam: sed res pro rebus vendunt: puta pro seruis pro filijs pro pecoribus ⁊ iumentis.

Nahaicij

Liber secundus.

Tractatus primus de descriptione Sarmatie Europiane superioris.

¶ Capitulū primum de Russia: de districtibus eius: de abundantia ⁊ contentis in ea.

Postq̄ diximus de sarmatia asiȩ quȩ scithia vocitat: restat dicere de sarmatia Europiana: ⁊ in ea primū occurrit Russia: olim Roxolania dicta. Latus eius orientale adiacet flumini Tanai ⁊ paludibus Meotidis secernentibus Asiam ab Europa. Priscis aūt seculis Alani habitarunt ad flumen Tanais: deinde iuxta illos ad meridiem Roxolani. Hȩ aūt gentes in toto deletȩ perierunt: campiq̄ȝ latissime patentes spectantur deserti: solis feris ⁊ Kosacis seu predonibus peruij: prout supra dictum est. Post hoc supersunt reliqȩ Circassorum versus meridiem: et sunt gentes ferocissimȩ et bellicosissimȩ: genere ⁊ lingua Ruteni. Deinde est castrum Oczarkow

Russia
Roxolania
Cirkassi

Russia

Liber secundus

nuncupatū: qđ impator thartaroꝝ Prekopensiū extruxit: in domi-
nio Lithuanoꝝ ⁊ post quasi duob⁹ miliarijs ab Oczarkow in me-
ridiē sequit̄ Dzassow: ⁊ fuit castrū qđ ante tpa nostra demolitū est
a Dzassow in Byaligrod qđ thurci occuparunt sunt sex miliaria.

Podolia

¶ Sequit̄ Podolia ad occasum: Moldanię ⁊ Valachię ꝯtermina ad
meridiē: ad orientē vero campis thartaroꝝ ⁊ Thauricę insule: hec
est terraꝝ fertilissima: cererisqȝ ⁊ mellis feracissima. Nam agro ru-
de culto ⁊ parū inuerso atqȝ exarato: frumētoqȝ superseminato: tri-

Fertilitas

bus annis sponte frumentū germinat: ita tñ ꝙ colligēdo tpe mes-
sis segetē aliquātulū granoꝝ permittat̄ in terrā decidere ad surgen-
dum ex eis frumentū in anno sequēti: sine cultura. ⁊ sine agri aratu-

Gramen

ra. Gramen quoqȝ ⁊ pascua tam cito ac vberrime fundit ⁊ prodit:
vt perticā in tribus diebus superescēdo ꝯtegat: ⁊ aratrū in locis
graminosis derelictū in paulo pluribus diebus: graminibus sepi-

Apes

at ⁊ cooperiat. Examina vero apū non solū in mellificijs ⁊ arbori-
bus cauatis mellificāt: verū in ripis ⁊ terra sponte mella reponūt.
Contingitqȝ sepenumero vt examina apū superuenientia ⁊ priores
apes exterminātia ruricolę aduolantia agmina apū trucidēt aut in
aquis mergant: vt quę prefuerūt hereditarie mellificarent ⁊ mane-

Nobiles polonoꝝ

¶ rent. Postea ad montes Sarmaticos habitat genus Rutenoꝝ: ꝗ-
bus presidēt nobiles Polonoꝝ. In Kolomya: in Zidaczow in Snya-
tin. in Roatin: in Bussko. ⁊c̄. Sub eisdē montibus sunt district⁹

Galicia. halicia

Halicieñ (olim Gallicia dictus) ⁊ Premisilieñ: ⁊ inter montes sar-
maticos districtus Sanocensis. In mediū Russię tendēdo est leo-

Leopolieñ

poliensis terra: ⁊ vrbs in ea bene munita eodē noīe nuncupata ha-
bens duo castra: superꝰ ⁊ inferꝰ: ⁊ est metropolis Russię. In septen-
trionē sunt districtus Chelmensis ⁊ Belzeñ: terraqȝ in medio ia-

Tyras fl'

¶ cens. Claudit̄ aūt Russia a meridie sarmaticis montibus: ⁊ flumi-
ne Tiras: quē incole Nyestr appellāt. Ab oriēte finit̄ Tanai ⁊ meo-
tidibus Thauricaqȝ insula. A septentrione Lithuania: ab occasu

Boristenes fl'

vero polonia. Ex Moskouia aūt aduenit Boristenes: ab incolis
Dinepr nuncupatus famosus fluuius: p Lithuaniā ⁊ Russiā cur-
rens: ⁊ sub Smolensko ⁊ sub Kiow labēs: in hūc ab occasu circa

Boh fl'

Chmyelnik opidū ꝯsurgens: Boh non exiguus fluuius illabit̄: ⁊
cū mensus esset Boristenes quasi tricenta miliaria germanica: in
mare ponti cadit. Amplius terra Russię cū sit fertilis abūdat mel-
le ⁊ medone potu ex melle facto: adducit̄ ⁊ vinū ex Pannonia ⁊ vi-
num ex Moldauia atqȝ Valachia quibus adiacet: sed ⁊ vinū grecū
ex grecia ⁊ est forte: etiā cereuisiā ad nutū habet. Abundat equis:

De sarmatia europiana

bobus ⁊ ouiũ gregibus : abundat cera in maxima copia : abundat
pellibus mardurũ: scismoꝝ: vulpiũ ⁊ boñ. Abundat fluminibus q/
bus irrigat̃ ⁊ aquis pisculẽtis: ita vt vbi aqua inuenit̃ : ⁊ pisces in
ipsa reperiant̃: non impiscant̃ stagna ⁊ piscinę russoꝝ: sed vbicunqꝫ
aquę reperiunt̃: illic ⁊ pisces de rore celi vt aiũt demittunt̃: absqꝫ ho/
minũ cura ⁊ impiscatione : Suntqꝫ in districtu Leopoliensi lucei Lucii
magni ⁊ laudabiles ⁊ in petras tanq̃ in lamina diuisibiles. Abun/
dat russia calamo aromatico in terris versus Tanaim ⁊ paludes
Meotidas. Itẽ reupontico in eisdẽ terris ⁊ in Lithuania: sic ⁊ plu/ Reuponticũ
ribus herbis ac radicib⁹ alibi non visis. Abundat tota terra Rus/
się granis tinctoꝝ quę copiosissime excrescunt: ⁊ cum priscis tempo/
ribus ad Ienuã ⁊ Florentiã vrbes italicas importarentur: nũc vix
aliqd de eisdẽ colligit̃: fereqꝫ in toto frustrata ⁊ non collecta pereũt.
in districtu Chelmensi rami pini arboris desecti ⁊ in terra iacentes. Pini ⁊ arbores
in anno aut in duob⁹ in saxa ⁊ silices vertunt̃: estqꝫ ibi creta seu ter/ Creta
ra alba in copia: quę ad nos ducitur. Est ⁊ sal qđ in lacu Kacibeio Sal
tempibus siccis colligit̃ ⁊ qꝛ ꝓpe est oczarkow castrũ thartaroꝝ in/
tercipiunt̃ ⁊ captiuant̃ interdũ ꝑ thartaros ductores salis . vnã cũ
plaustris ducẽtis quandoqꝫ ⁊ tricẽtis. In terra quoqꝫ Premislieñ/
si ⁊ in Drohobicz sal coctũ ⁊ in bolas ac portiões collectũ reponit̃. Sal coctũ
Preterea in Russia sunt plures sectę: est em̃ religio christiana Ro/ 1
mano pontifici subiecta: ⁊ illa regit ⁊ pręualet quanq̃ sit exigua nu/
mero. Est altera secta rutenoꝝ amplior: quę ritũ grecoꝝ insectatur: 2 Ruteni
totã russiã adimplens. Est tertia secta iudęoꝝ non vsurarioꝝ velut 3 Iudei
fit in terris christianoꝝ sed laboratoꝝ agricolaꝝ ⁊ mercatoꝝ ma/
gnoꝝ: presidentqꝫ vt sępe theloneis ⁊ exactionibus publicis. Est q̈r/ 4 Armeni
ta secta Armenoꝝ: pręcipue in ciuitate Kamyenyecensi ⁊ Leopolien/
si. Hi sunt mercatores peritissimi ad Caffam Constantinopolim
ad Alexandriã egipti ad Alkairam ⁊ partes Indię penetrantes et
merces afferentes. Ruteni habitu ⁊ ecclesiasticis officijs grecos in/ Ruteni
sequuntur: habentqꝫ proprias litteras ⁊ abecedariũ instar ⁊ proxi/
mum grecis. Hebręi similiter hebręoꝝ litteris vtunt̃ ⁊ disciplinis: Hebrei
verũ etiã artes liberales astronomiã ⁊ medicinã perscrutantur: ar/
meni suo ritu gaudent ⁊ litteris. Inter sanctos colunt plus Tadeũ Armeni
apostolũ asserẽtes ꝙ eos ꝯuerterit ⁊ fidẽ christi docuerit . Deinde
⁊ Bartholomęũ sanctũ dei apostolũ venerant̃: ꝑ quem multos ar/
ticulos vt asserũt de fide accepunt: habẽt magnifica ⁊ plurimũ de/
cora ecclesiastica apparamẽta : planetas ⁊ ornatus non scissos sed
omniqꝫ rotũdos: libros calices ⁊ cęterã christianoꝝ veteranorũ

Russia

splendidã supellectilẽ. Quo aũt ad spirituales presides ꝛ pastores christianoꝝ archipresul est Leopolieñ. Metropolitanus Russoꝝ ꝛ lithuanoꝝ: habens sub sua ditione kiouiensem kamyenyeceñ pře mi lieñ. Chelmeñ. Luceriẽ ꝛ Meoniceñ. epos. Rutenoꝝ vero metropolitanus est kiouieñ (que olim metropolis Russie fuit) habet subiectos wladicas ꝛ epos de ritu Greco in Moldauia ꝛ Valachia vsqz ad flumen histri seu danubij: vnũ in russia Chelmensem. alterũ in dominio lithuanoꝝ Vladimiriensem siue Bresteñ tertiũ Pinski seu Mrowski: quartũ Poloceñ. quintũ Luceñ. sextũ smolensem: ꝛ passim omnes alios wladicas ac epos in terris moskoꝝ ꝛ in septentrionẽ de iurisditiõe Moskoꝝ protensoꝝ. Isidorus metropolitanus olim kiouien lingua et doctrina grecus peritissimus tpe Eugenij papę quarti ad ↄciliũ florentinũ in centũ equis iuerat: ꝛ vnione ecclesię romanę ꝑcepta in Russiã redierat: hunc Moskouitę obedientiã romanã eis predicantẽ spoliauerũt ꝛ in necẽ extremam impulerunt. ¶ Sequuntur ruteni doctores ꝛ theologos grecoꝝ precipue Basiliũ magnũ. Gregoriũ Nazanzenũ ꝛ Johannẽ Crisostomũ: gregoriũ nazanzenũ eoꝝ sermone (bogoslowo) nuncupãt: quod in latino sonat: laudans deum. Acceptant ꝛ nostrũ sanctũ Gregoriũ papã romanũ: precipue in libris moraliũ: quẽ translatũ legunt ꝛ lingua eoꝝ (byessednik) quod valet ↄcionantẽ persuadentem vel predicantẽ vocãt. In ecclesijs rutenoꝝ ligua Seruioꝝ que est Slauonica diuina celebrant legunt ꝛ cantãt. In ecclesijs Armenoꝝ sermone armeno. In sinagogis iudeoꝝ lingua hebrea orant. Christiani aũt ritu romano latino sermone cantant orant ꝛ legũt. Et scias ꝙ in fluminibus russie ꝛ lithuanie precipue in Boristene ꝛ Boh: tpe estatis multiplicanť ephimerę. ꝛ sunt vermes ꝛ volatilia alata: quaternis interdũ senis alis oriunť ꝛ generanť mane: currunt super aquas ꝛ volãt super ripas circa meridiẽ: in occasu aũt solis extinguuntur. De his loquitur Aristoteles primo de historiis animaliũ ꝛ in problematibus: ꝛ medici de febre ephimera.

Archieps Leopolieñ

Ruteñ Epi

Isidorus metropol. in ↄcilio florentiñ

¶ Capitulũ secundũ de Lithuania ꝛ Samagithia.

Magnus ducatus Lithuanie est regio latissima: in ca sunt plures duces Lithuanie ꝛ Russie: vnus aũt preses ꝛ monarcha cui ceteri omnes subsunt magnꝰ dux Lithuanie vulgo nuncupatus. Aiunt aũt vetustiores ꝛ antiquitatũ relatores ꝙ quidã Italici propter ro-

De sarmatia europiana

manoꝝ dissensiones deserentes Italiā ingressi sunt terras lithua-
nię: ⁊ nomen patrię italia: genti vero itali indiderunt: que per pa- Lituania vn
stores terra Litalia ⁊ gens litali l littera preposita cepit nuncupari.
Ruteni aūt ⁊ Poloni coꝝ vicini maiorem immutationē faciētes:
vsqꝫ in hodiernā diē terrā Lithuaniā. gentes vero lithuanos ap-
pellant. Hi primū ꝯdiderūt opidū Vilno: eleuationis poli quinq̄- Vilno
gintaseptē graduū: ⁊ ex noīe ducis Vilij quo cū illas regiones in-
gressi sunt Vilno vocauerūt: fluminibus quoqꝫ circa ipsum fluen-
tibus Vilia ⁊ vilna ex eiusdē ducis nomine indiderūt nomina. Sa- Vilia Vilna fl
magithiā aūt de suo sermone sic nominarūt: quod lingua eoꝝ: ter-
ra inferior sonat. Aliqui aūt ignari historię: a lituo quod est cornu Lituania
⁊ tuba venatoꝝ: eo ꝙ regio illa plures venationes exerceat: lithuani-
am appellare voluerūt: quod ad effectū non ad historie originē spe-
ctat. Hec gens lithuanoꝝ annis superioribus adeo obscura ꝯtem-
pta ⁊ vilis apud rutenos fuit: vt principes Kiouieñ ab ea sola peri-
zomata ⁊ subera ob egestatē ⁊ soli natiui sterilitatē in signū tantū-
modo subiectiōis exigerēt. Donec Vithenen dux lithuanoꝝ rebelli- Virbenen
onē primū ꝯtra rutenos inducens: ⁊ seipsum ducē inter populares
ꝯstituens: astu principes russię aggressus ꝯflixit: sensimqꝫ adeo cre-
uit viribus vt iugo principibus russię iniecto etiā in tributa eos re-
digeret sibi pendenda: que per plures etates rutenis ipse penderat.
Posteriqꝫ duci Vithenen succedentes furtiuis lupinis ⁊ subitis in-
cursionibus finitimas gentes russię prussię Mazouię ⁊ polonię in-
uadebant ⁊ diripiebāt. Donec fratres cruciferi theutonici ordinis Fres Teutonici
beatę Marię p Conradū ducē mazouię aduocati ⁊ in auxiliū assum-
pti Prussia vi ⁊ continuis armis conquisita Samagitas ⁊ lithua-
nos aggressi debellare captiuare ⁊ opprimere pluribus oppugnati-
onibus ceperūt: tamdiu donec ad Olgerdū ⁊ keystutū duces lithua-
nię successiue peruenerunt. Fuit aūt Olgerdus magnus dux lithua- Olgerdus dux lit
nię: cuius filius erat Jagello. postea baptisatus ⁊ Vladislaus nomi-
natus in regē Polonię coronatus. Frater aūt ipsius Olgerdi fuit
kyeystuth. maximus expugnator ⁊ persecutor christianoꝝ: qui inter
pugnandum cum cruciferis theutonicis in Prussia ter captus: ter-
qꝫ astu ⁊ mira euasione contra voluntatem cruciferoꝝ liberatus e
vinculis fugerat. Huius keystuth filius fuerat Vitawdus seu Vi-
toldus macte virtutis princeps. Jagello aūt qui postea ⁊ Vladisla-
us: sub treugis pacis captiuando keystuth ⁊ filiū eius Vitawdum
keystuth in carcere occidit: vitawdum vero in vincula coniecit.
Tandem a cruciferis et christianorum exercitibus sepenumero

Hedwigis

Lituania. 1381 ad fidē conuersa.

Jagello pressus: deo miserante ad Polonos declinauit: fideq; chri-
stiana cū fratribus suis quos octo in numero habuit: vnda baptis-
matis ablutus τ in regē Polonie coronatus. Heduigim filiā Lu-
douici Hungarie τ Polonie regis illustrissimā ac speciosissimā in
consortem accepit: anno christi millesimo tricentesimo octuagesimo
sexto: die Jouis quartadecima mensis februarij: que fuit sancti va-
lentini. Cepitq; prefatus rex Vladislaus scdm promissa vigilare et
instare: vt gentē lithuanicā a tenebris erroris ac idolatria expur-
garet: assumptis quoq; secū Bodzanta archiepo Gneznensi τ plu-
ribus viris ecclesiasticis atq; religiosis. Itē regina heduigi: Semo-
uito τ Joanne Mazouie: Conrado Olesnicensi ducibus: τ cōpluri-
mis baronibus: anno dñi millesimo tricentesimo octuagesimo se-
ptimo in lithuaniā intrauit τ baptisma pcipere lithuanos procura-
uit. Colebāt aūt ab origine lithuani numina: ignē: siluas aspides τ
serpentes: ignē qui p sacerdotē lingua eoꝝ zincz nuncupatū subie-
ctis lignis adolebat. Siluas aūt τ lucos sacrosanctos τ habitacula
deoꝝ putabāt. Aspides vero atq; serpētes in singulis domib9 ve-
lut deos penates nutriebant τ venerabant. Rex itaq; Vladislaus
ignem sacrū potatū in ciuitate Vilnensi barbaris inspectantibus
extingui: templū τ aram in quibus fiebat hostiaꝝ immolatio dirū-
pi: siluas vero succidi τ confringi: serpentes quoq; necari precepit:
barbaris flentibus deoꝝ suoꝝ falsoꝝ exterminium. Contra regem
aūt nec mussitare audentibus: mirantibus quoq; ꝙ Poloni sacro-
rum violatores ignis siluaꝝ τ serpentiū intacti illesiq; a dijs eoꝝ:
secus q̄ ipsimet quotiēs violabāt fuerūt. Exterminatis itaq; ido-
lis gens lithuanoꝝ p aliquot dies de articulis fidei τ oratiōe dñica
p sacerdotes Polonos: magis tñ p regē Vladislaū qui linguā gen-
tis nouerat edocebat. τ sacra baptismatis vnda renascebatur. Lar-
giente pio rege Vladislao singulis ex populariū nūero post susce-
ptum baptisma: ex pāno de polonia adducto nouas vestes q̄ proui-
da liberalitate effecit: vt natio illa rudis τ pannosa: lineis in eā diē
contenta: fama huiusmodi liberalitatis vulgata: p consequēdis laneis
cateruatim ad suscipiendū baptisma ex omni regione accurrebat: et
qm̄ labor erat immēsus vnūquēq; credentiū baptisare singillatim
mandante rege multitudo sequestrabat in turmas τ cuneos: τ vni-
uersis de qualibet turmaꝝ benedicta aqua sufficienter conspersis:
cuilibet turme. τ vniuersis qui in ea cōstiterāt nomē vsitatū petrus
scdē paulus: tertie ioannes: τc. Feminis per turmas diuisis. Kathe-
rina Margaretha. τc. iuxta numerum turmarum imponebatur.

De sarmatia europiana

Militaribus tamen spiritualis impendebat baptismus. Fundauit insuper rex Uladislaus in Uilna ecclesiā cathedralē sub titulo sancti Stanislai patrōi Polonoꝝ: principaleq; arā in loco vbi ignis qui falso perpetuus credebatur ꝯstituit: vt error gentilis fieret cunctis patentior. Constituit etiā in eadē ecclesia Uilnensi episcopū virum spectatę virtutis Andreā Uazilo: natiōe Polonū: genere nobilem: de domo accipitrū: professione fratrē ordinis minoꝝ: olim Elizabet reginę hungarię confessorē ꝛ predicatorē insignē episcopū Ceretenā. Eodē quoq; Uladislao rege instante Samagithia fidem christi ꝛ baptisma suscepit. Ad cognoscendū aūt naturā prouincię ꝛ gentis illius animaduerte ꝙ regio Samagithia est septentrionalis ꝛ gelida. Lithuanię liuonię ꝛ Prussię cōtermina: siluis: collibus ꝛ fluminibus circumsepta. In hos districtus distincta scilicet Fragola: Myedniki: Chrosse: Rosena: Uiduki: Uyelunya: Kelthini: Czethra: gentes regionis ꝑcerę ꝛ altę staturę agrestes ꝛ incultę parco ꝛ castigato victu viuentes: sitim aqua sedare solitę raro cereuisia aut medone. Auri argēti eris ferri vini in illa tempestate expertes ꝛ ignarę: apud quos licitū erat vni viro plures habere vxores: ꝛ patre mortuo nouercā fratrisq; glorē in vxorē accipere. Nullus illic stubaꝝ nullus edificioꝝ nobiliū: sed tantūmodo tugurij vni⁹ vsus ventrē distēsum ꝛ porrectū: extrema vero habēs coartata: ex ligno ꝛ culmo structura largius ab imo sensim operis incremēto edificiū in artius cogitur: in carinę seu galeę maximę similitudinē elaborata in cacumine fenestra vna superne lumē reddēs: subter quā focus et cibos parabiles coquēs. ꝛ frigus quo regio pro maiori anni parte ꝯstricta est repellēs: in ea domo se: vxores: pignora: seruos: ancillas: pecus armentū frumentū ꝛ omnē supellectilē ꝯdunt gens ad diuinationes ꝛ auguria procliuis. Precipuū numen Samagitticū erat ignis: quē sacro sanctū ꝛ perpetuū putabāt: q́ in montis altissimi iugo super fluuiū Neuyasza sito assidua lignoꝝ appositiōe a sacroꝝ sacerdote alebatur. Accedēs itaq; Uladislaus rex turrim in qua cōsistebat incēdit ꝛ ignē disiecit ꝛ extinxit. Succidit deinde per milites suos Polonicos siluas: quas non secus q̄ sanctas ꝛ deoꝝ habitacula samagittę iuxta illud poeticū. Habitarūt dij quoq; siluas: venerabant: in eam caliginē mentis prolapsi: ꝙ ꝛ siluę prefatę ꝛ aues: ferę q; in illis ꝯsistentes sanctę forēt: ꝛ quicq̄d in illas ingrederetur vt sanctū deberet censeri: violāti quoq; nemus: feras vel alites: manus aut pedes demonū arte curuabant. Maxima itaq; barbaros tenebat admiratio: ꝙ Polonoꝝ milites nemus ritu eoꝝ sanctū exci-

Ecclia cathedral S. Stanislai i Vilna

Samagithia christū colit

Ignis numen.

dentes : nulla lesio qualẽ ipsi in se frequentius experti erant seque-
retur. Habebãt preterea in siluis prefatis focos: in familias ꝛ do-
mos distinctos: in quibus oibus charoꝝ ꝛ familiariũ cadauera cũ
equis sellis ꝛ vestimentis potioribus incendebant : locabant etiã
ad focos huiusmodi ex subere facta sedilia: in quibus escas ex pasta
in casei modũ preparatas deponebãt: medonẽqꝫ focis infundebãt
ea crudelitate illusi: q̄ mortuoꝝ suoꝝ anime quoꝝ illic cõbusta fue-
rant corpora nocte venirẽt escãqꝫ se exsatiarent. Insuper pria octo-
bris die : maxima p samagittas in siluis prefatis celebritas agebat
ꝛ ex omni regione vniuersus vtriusqꝫ sexus ꝯueniens illuc popul⁹:
cibos ꝛ potus quilibet iuxta sue ꝯditiõis qualificationẽ deferebat:
quibus aliquot diebus epulati dijs suis falsis. precipue deo lingua
eoꝝ appellato Perkuno: id est tonitru: ad focos quisqꝫ suos offere-
bat libamina. Rex itaqꝫ vladislaus primũ eos pater noster: deinde
simbolũ docuit: qm̃ nullus sacerdotũ linguã samagitticã nouerat:
ꝛ vndis baptismatis ablui iussit. Vnus aũt ex maioribus samagit-
taꝝ pro oibus respondit. Ex quo inq̄t serenissime rex dij nostri ve-
luti inertes ꝛ languidi a deo Polonoꝝ deleti sunt : deos nostros et
sacra eoꝝ deserimus ꝛ deo tuo atqꝫ Polonoꝝ fortiori adheremus,
sicqꝫ baptisati sunt. Rex aũt in Myedniki cathedralẽ ecclesiã sub
honore ꝛ titulo sanctoꝝ martyrũ Alexãdri Theodori ꝛ Euancij in
alijs aũt locis ecclesias parrochiales fundauit: ꝛ illis dotem suffi-
cientẽ ꝯsignauit ꝛ inscripsit. Mednicẽsis ecclesie primus eps Ma-
thias origine almanus in Vilna tñ natus: eo q̄ linguã lithuanicã
ꝛ samagitticã norat prefectus est ꝛ ꝯsecratus. Contingit aũt in pri
ma plantatione dñi samagitte per magistrũ nicolaũ vazik: fratrem
ordinis predicatoꝝ regiũ predicatorẽ per interpretẽ instruerent de
fide: creatiõe mundi: ꝛ lapsu primi hominis ade: vnus samagittarũ
sufferre sermonẽ predicãtis non valens in hec verba prorumpit.
Mentit inq̄t illustrissime rex iste sacerdos: asserit mundũ creatũ fo-
re cum sit homo non longeue etatis : sunt etenim inter nos plures
annoꝝ nũero seniores eo centenariũ numeꝝ supergressi: q̄ creatio-
nem nullã recordant : sed solẽ ꝛ lunã ceteraqꝫ sidera semper eisdẽ
motibus luxisse referunt. Rex aũt Vladislaus iubẽs eum silere de-
clarauit magistrũ vazik creationẽ mundi non asseruisse in diebus
suis incepisse: sed longe ante: puta ante sex milia annoꝝ ꝛ paulo pl⁹
ordinatione diuina prouenisse. Cõtulit aũt rex Vladislaus magnũ
ducatũ Lithuanie ꝛ Samagittie Alexandro Vitoldo fratri suo pa-
trueli: is q̄ acer ꝛ animosus erat pugnãdo adiecit lithuanie ducatũ

Ecclia Cathedral' in Myednikij

1 Eps mednicen̄

De sarmatia europiana

Pskow: quē pleskouiā appellāt. Deinde alterū ducatū Nouogro-
dieñ qui nugardia agnominat̄. Tertiū ducatū Smolnēsem suo do-
minio apposuit. Factaq̧ in circuitu pace in orientē penetrauit ⁊ in-
cidens in hordā thartaroꝝ multitudinē eoꝝ in lithuaniā appulit:
ac in certo territorio lithuanię locauit: vsq̧ in hanc diē permanen-
tem. Congestoq̧ fortiori exercitu iterū in Thartariā perrexit: ⁊ su-
peratis fluminibus in planiciē diffuse porrectā circa flumen vorz-
skla quartadecima die augusti peruenit. Ibi occurrente ei imperato-
re Zauolhensi Temir kutlu: quē scriptores Temerlanē nuncupāt:
cum infinita ac innumerabili thartaroꝝ multitudine: de treugis et
pace vtrinq̧ tractabant: ꝯcordia tñ nequaq̄ꝫ a thartaris acceptaba-
tur. Vitoldus igitur a suis persuasus cū custodibꝰ corporis sui re-
trorsum abijt ⁊ in lithuaniā fugitiue redijt: exercitus vero ipsius
ab infinita multitudine thartaroꝝ obrutꝰ in toto deletus est. Pre-
terea Sigismūdus rex Romanoꝝ iaciēdo inter Vitoldū ⁊ Vladis-
laum fratrē eius regē Polonię fomitē discordiaꝝ: coronā Vitoldo
promisit ⁊ in regē lithuanoꝝ sublimari ꝑsuasit: verū cū afferret co-
rona per loca tutiora Marchię ⁊ Prussię. Nobiles maioris Polo-
nię sese opposuerūt: ⁊ cū exploratoribus in custodia permanēdo: in
loco qui Tufagora vocat̄: legatos imperatoris Romanoꝝ operie-
bantur ⁊ expectarūt. Illi vero rem infectā cognoscētes terrore per-
culsi retrocesserūt. Vitoldus aūt de hoc certior factus prę tristicia
ab antrace inter scapulas orto vitā cū principatu finiuit: anno dñi
Millesimo q̄dringētesimo trigesimo. Post mortē Vitoldi Vladis-
laus Jagello rex Polonię Swítrigellū fratrē suū in ducē Lithua-
nie anulo sro inuestiuit ⁊ substituit: qui immemor beneficij ꝯtra Vla-
dislaū iagellonē tumultuauit ⁊ bella gessit: propter quod rex Vladi-
slaus principi Sigismundo de Starodup suggessit cōmisit: vt du-
catū Lithuanię sub Swítrigello surriperet. Apparente igit̄ comete
exili supra illū ducatū: dux Sigismundus de starodup Swítrigal
expulit ⁊ ducatū magnū lithuanie possedit. Hunc Sigismundus
Jwan dux Czarthoriensis: genere ⁊ secta Rutenus post aliquot di-
es occidit. Ingrediebat̄ siquidē ex ꝯsuetudine vrsa ad tabernaculū
ducis Sigismundi. Ruteni itaq̧ more vrsę hostiū tabernaculi fri-
cabant ⁊ mouebāt: quo audito dux Sigismundus vrsam aduenisse
putando: hostia aperuit: ⁊ a Rutenis vulneribus ꝯcisus occubuit.
Eneas de Picolominibus scripsit: non hūc sigismundū sed Vitol-
dum sicut premissum est: per suos in forma vrsę delusum interfectū.
Sed inscijs relatoribus credidit ⁊ erronee scripsit: quemadmodū

simili errore ductus: plurima de Lithuanis: plurima ⁊ de Polonis
ↄficta litteris tradidit. Posterioꝗ historiographi errantē erroneę
sequentes: ipsius Eneę absurditates ⁊ loca atqꝫ mores illaꝝ natio-
num nunq̄ visa: aliter q̄ fuit ⁊ q̄ est: tanq̄ vera literis demandare
non erubuerūt: cū expiētia preteritoꝝ atqꝫ presentiū ipsum ⁊ ipsos
inexpertes ⁊ aliter q̄ res habeat scribētes redarguat. Successit du-
Kazimirus — ci Sigismundo de starodup: Kazimirus Vladislai Jagellonis ter-
tius natus in magno ducatu Lithuanię: quē fere q̄nq̄ginta annis
gubernauit: sub cui⁹ extremis ⁊ vltimis annis Juan dux Mosko-
rum auulsit ⁊ sibi appropriauit ducatū Nouogrodiēsem: alias nu-
gardiā seu nouogrodiā nuncupa..i. Post Kazimirū in Lithuania
Alexander — dn̄atus est Alexander filius eius quartogenitus: cuius temporib⁹
prefatus Jwan dux Moskoꝝ principatū Mozaisensem: longitudi-
nis septuaginta: latitudinis totidē miliariū: ⁊ castra quadraginta
Sigismundus — subripuit. Alexandro vita functo Sigismundus modernus in ma-
gno ducatu Lithuanię suffectus est: sub cuius dn̄io Wassilo Mos-
kouię dux ⁊ principatū Pskow quē pleskouiā appellāt: ⁊ ducatum
Smolnensem expugnauit ⁊ possedit.

Capitulum tertium de amplitudine ⁊ contentis Magni ducatus Lithuanię.

Amplitudo Magni ducat⁹ Lithuanię est talis. A ma-
ri Balteo seu Prutenico ad Vilnā capitalē ciuitatem
lithuanię sexaginta miliaria: a Riga vero ad Vilnam
recto itinere septuaginta miliaria: eūdo vero super po-
loczko vt cōmuniter vadunt erunt a Riga in Vilnam
centum miliaria. Deinde a Vilna in Kiow: sunt centū miliaria. A
Kiow vsqꝫ ad ↄfluentiā vbi iunguntur fluuij Dinepr ⁊ Bob: q̄s
greci boristenē maiorē ⁊ minorē appellāt: sunt decem dietę quę faci-
unt septuaginta miliaria: ibi steterat castrū Dzassow: quod destru-
ctum est: ⁊ ibi est finis dominij lithuanoꝝ: cum prius protendebāt
Byaligrod — ad Byaligrod quod latini albū castrū nuncupant: ⁊ ipsum thurci
expugnarunt ⁊ possidēt: circū circa vero thartari in campis degūt.
Ista est cōputatio versus meridiē: quinimo verius dicam inter ori-
ens ⁊ meridiē. Iterū ex transuerso cōputando: a Parcow ⁊ metis
lithuanię in Vilnā sunt octuaginta miliaria: sed a Cracouia p can-
dem viam vsqꝫ in Vilnā sunt centū ⁊ viginti miliaria. A Vilna in
Smolensko centū miliaria: a Smolensko in Moskwam ciuitatē

Moskoꝝ centū miliaria: ⁊ sunt miliaria Germanica magna. Prima aūt ⁊ capitalis ciuitas in lithuania est Vilna: ⁊ est tanta quāta Craconia cum Kazimiria Clepardia ⁊ omnibus suburbijs: verum domus non sunt cohęrentes sicut in nostris ciuitatibus. sed vt sępe mediant orti ⁊ pomaria: habet Vilna bina castra murata: superū in monte ⁊ inferū in basso. Nouigrod vero quā latini nugardiā vel nonogardiā vocant fuit de possessione magni ducatus lithuanię: per ducē Vitoldū armis ꝯquisita: ⁊ est nouogrod in amplitudine paulo maior ꝙ̃ Roma: qꝛ Roma in ambitu ꝯtinet triginta duo miliaria Italica quę faciūt sex miliaria Germanica: ⁊ duo miliaria Italica supersunt. Nouigrod aūt ꝯtinet integra septē miliaria: alias trigintaquinqꝫ miliaria Italica. Itē Nouogrod lignea habet ędificia Roma vero murata. Distat nouigrod a mari balteo duobus vel quasi tribus miliarijs. Et fuerūt adhucqꝫ sunt in ea ditissimi mercatores: in tantū ꝙ apud quēlibet mercatorē iuxta refectoriū est cranc. i. reseruaculū loco testudinis: in quod argētū aurū ⁊ res preciose ꝯquisitę proijciebant absqꝫ nūero. Vnde Iwan: qd sonat Joannes princeps Moskoꝝ anno dn̄i millesimo q̄dringētesimo septuagesimonono: surripiendo Nouigrod de manibus kazimiri magni ducis lithuanię: huiuscemodi thesauros Nouogrodiēn exhausit: ⁊ tricentos currus ad summū implendo: duntaxat de auro argento ⁊ vnionibus preciosis in Moskouiā abduxit: ⁊ quia in eadē Nouigrod perniciosa ꝯsuetudo inoleuerat siccarioꝝ ⁊ raptorum: sępeqꝫ aliquo reo inuento vel designato pulsabat campana pretorij: vbi centū senatores tanꝙ̃ iudices sedebant: omnes more illius patrię barbam protensam nutrientes: vulgus aūt audito sono campanę ꝯcurrebat de tota ciuitate: ita ꝙ quilibet hospes duos accepit lapides in brachio: ⁊ filij hospitū similiter. Cumqꝫ reus ꝑ senatores ꝯdemnaret lapidibus astantes obruebāt ⁊ interficiebāt eum: tumultuoseqꝫ ad domū ꝯdemnati currētes diripiebāt omnia bona occisi: ⁊ area domus postea vendebatur: ⁊ pecunia exinde pro Repu. ꝯfiscabat. Iccirco Iuan dux Moskoꝝ prefatus apprehensa ⁊ possessa Nouigrod in quinqꝫ famosioribus plateis qnqꝫ capitaneos cū armigeris ꝯstituit: ad sedandū ⁊ prohibendū solitos tumultus inuasiones ⁊ spolia. Est in nouogrod castrū Detzen nuncupatū: in eo principalis ecclesia est sancti sophię. i. saluatoris ⁊ est tecta aureis laminis splendescētibus: suntqꝫ in eadem nouogrod septē monasteria cirnkoꝝ. i. nigroꝝ monachoꝝ de regula sancti basilij: ⁊ distāt a se inuicē fere vel prope per mediū miliare. In primo

monasterio beate marie virginis sunt mille monachi: in altero san
cti georgij septingenti : in tertio sexingēti : in quarto q̄dringēti: sic
ꝯsequēter in alijs monasterijs. Sunt ⁊ ecclesie sanctoꝝ plurime : et
solius sancti Nicolai (quē Ruteni inter alios sanctos pl⁹ colūt)
ecclesię sunt tot quot sunt dies in anno. Habet eleuationē poli no-
uigrod sexagita sex graduū: ⁊ in ęstate circa solstitiū ęstiuale post oc
casum solis apparet lux cęli vsq; in ortū solis: vt artifices sartores
sutores ⁊ cęteri mechanici suere ⁊ laborare possint. Post nugardiā
Suecia Filandia ad septentrionē est Suecia ⁊ Filandia vsq; in oceanū septētrionis
Pleskouia Pskow vrbs notabilis murata ⁊ magna: minor tū q̄ nouigrod ad
iacet Moskouię ⁊ lithuanię: hanc latini Pleskouiā appellāt: inhabi-
tatores ipsius omnes sunt lingua ⁊ ritu Ruteni: barbā nō radunt
⁊ crines capitis non tondent: habitū vero in toto deferūt almani-
cum. Habet terra Pleskouię triginta castra murata et sunt versus
Liuoniam : et non sunt tam bona castra in Moskouia neq; in
Lithuania. Tota aūt terra Pleskouię sexaginta miliaria in longitu-
Vassilo dine ⁊ q̄draginta in latitudine ꝯtinet. Wassilo modernus princeps
Moskouię p cōpositionē ⁊ tradimentū senioꝝ adeptus est ⁊ possi-
det Pskow: deposuitq; campanā ad cuius pulsum tota ciuitas cō-
fluebat ⁊ iniuriātes opprimebat. Cōtra pactū quoq; ⁊ ꝓmissa sua
abegit wladicā. i. epm loci ⁊ plures nobiles ac ciues Pleskouię: et
Polozko locauit in ciuitate moskwa ⁊ alijs locis Moskouię. Deinceps ver-
sus orientē est Poloczko castrū ⁊ ciuitas magna ⁊ pertinet ad duca-
tum Smoleñ: possidet eam magnus dux lithuanię. Post hāc ad ori-
Smolensko entē est Smolensko castrū ⁊ ciuitas ex roboribus structa ⁊ fossis ꝓ-
fundis munita: ipsa aūt terra seu ducatus Smolēsko ꝯtinet in lon-
gum sexaginta aut septuaginta miliaria Germanica. Preterea lin-
1 guagiū Lithuanicū est quadripartitū: primū linguagiū est Jaczuin
goꝝ vt hoꝝ qui circa castrū Drohicin inhabitarūt ⁊ pauci supsunt
2; Alterū est lithuanoꝝ ⁊ Samagittaꝝ. Tertiū Prutenicū. Quartū
4 in Lothwa seu lothihola. i. Liuonia: circa fluuiū Dzuina ⁊ Rigā
ciuitatē. Et hoꝝ q̄nq; eadē sit lingua: vnus tū nō plene alterū intel-
ligit: nisi cursiuus ⁊ q̄ vagatus est p illas terras. Habuit hoc lin-
guagiū q̄driptitū tpe idolatrię pontificē maximū vnū : quē Criue
appellabāt: morantē in ciuitate Romoue a roma dicta: qm̄ hoc lin-
guagiū de italia iactat sese aduenisse: ⁊ habet nōnulla vocabula itali
Criue Romoue ca in suo sermōe. De isto Criue ⁊ ciuitate Romone in legēda sancti
Adelberti pontificis ⁊ martiris legitur. Et scias q̄ in Prussia iā
pauci proferunt Prutenicū: subintrauit siquidē lingua polonoꝝ ⁊
almanoꝝ: sic ⁊ in Lothua pauci villani profitentur hanc linguam

De sarmatia europiana

quia subintrauit Almanicũ. In Samagithia aũt que est longitudi-
nis quinquaginta miliariorum et in lithuania que in longũ triginta
miliaria ↄtinet: in villis lithuanicũ loquunt: et in magna parte Po-
lonicũ ꝓfitent: nã et sermone polonico sacerdotes eis predicant in
ecclesijs: insuper scito ꝙ hoc linguagiũ q̃dripartitũ totũ est de obe-
dientia et fide Romane ecclesie: in alijs aũt ꝓuincijs circũiacentibꝰ
vt in nouigrod: in pleskouia: in polocko: in Smolẽsko et in meri-
diem vsq; post Kiow Ruteni sunt oẽs et rutenicũ seu Slauonicũ
loquuntur ritũq; grecorum obseruant: et obedientiã Constantinopo-
litano patriarche prestãt. Amplius sunt in ducatu Lithuanie thar-
tari circũ Vilnã: et habẽt ꝓprias villas: colũt agros more nostro
laborãt et vehunt merces: ad mandatũq; Magni ducis lithuanie
oẽs ad bellũ assurgũt: loquunt thartaricũ et colũt Machometẽ qui
saracenorum sectã ꝓfitent. Insuper sunt Hebrei in lithuania presertim
in ciuitate Troki: hi laborãt et mercant thelonea et officia publi-
ca tenẽt de vsurisq; non viuũt post hoc de fluminibus dicamus. A
parte oriẽtali dominiũ lithuanorum terminãt fluuij Oskol. Iugra
Donyecz. i. paruus Don: et est paruus tanais: hi et plurimi alij in ta-
naim decurrũt. Itẽ ex dñio lithuanorum post castrũ Desnya (qđ dux
Moskouie modernus Vassilo occupauit) ortus est Dinepr seu bo-
ristenes ex terra plana lutosa ex stagnis in densis siluis: et fluit sub
Smolensko et sub Kiow: tandẽ emensis quasi tricentis miliarijs
Germanicis in mare ponti incidit. Item Vilia alius fluuius tri-
ginta miliarijs ad orientẽ Vilne ciuitatis ortum cepit: et sub castro
Vilnensi cũ alio fluuio minori vilna dicto (et initium eius duobus
miliarijs a prefata ciuitate vilna cõputatur) cõmiscetur: vnaq; ad
magnũ fluuiũ Niemen influũt. Niemẽ aũt fluuius valde flexuose
decurrit: naues defert et merces: et post castrũ Kowno in mare pru-
tenicũ cadit. Itẽ Dzwina magnus fluuius fontes habet in Mos-
kouia et in dñio Lithuanorum fluit sub castro Vitepsk: deinde sub po-
loczko: hostia eius circa Rigã ciuitatẽ Liuonie vbi in mare cadit: et
scias ꝙ queãdmodũ in superioribus premisi: tria magna flumina
ꝓpe se inuicẽ oriunt: scilicet Dinepr: Dzwina et Volha oriunt inquã
in locis planis nemorosis palustribus: non ex montibus Hipbo-
reis: non Ripheis: nec aliquibus montibꝰ qui in natura minime sunt
dũtaxat figmẽto olim grecorum tanq̃ in rei veritate existerẽt gloriose
et ampulose predicati sunt: et ꝙ prefata flumina ex ipsis erũperẽt ac
orirent p sequẽces historicos cosmographos et poetas inepte descri-
pti decãtatiq; sunt: cũ nusq̃ cõpareãt: plana siquidẽ est terra p totũ

vnde illa ortũ ducũt. Et Dinepr qui est Boristenes ad meridiẽ flu
it vsqꝫ in mare Ponti incidẽs. Dzwina grande flumẽ ex Mosko-
uia erumpens ad occasum solis per dñia lithuanoꝝ ⁊ per Liuoniã
labens iuxta ciuitatẽ rigã in mare Balteũ descendit. Volha maxi
mus fluminũ etiã ex Moskouia oriens in septentrionẽ tendit re-
uersusqꝫ in orientẽ longinque circuit tanaim: tandem ꝯuersus in
meridiẽ per Scithiã seu sarmatiã asianam ⁊ campos planissimos
thartaroꝝ peruagatus in viginti qnqꝫ flumina magna partitus
mare Euxinum ingreditur. Distat tanais a Volha in thartaria
itinere sex hebdomadaꝝ: ad minus tribus aut quatuor velocissime
currentibus. Sunt ⁊ alia in Lithuania ⁊ Moskouia multa flumi
na ⁊ stagna magna: parua vero flumina ⁊ riui sine numero in ma-
iora defluunt. Omnia piscosa abundanter: ita ꝙ in illis terris vbi
aqua ibi ⁊ pisces: ⁊ sunt pisces sapidiores ⁊ delectabilioris gustus
ꝗꝫ in regionibus nostris: piscine ⁊ fodine pro aquis ⁊ impiscationi
bus tanꝗꝫ inutiles illic non fiunt. Amplius in ducatu lithuanie pa
nis rusticoꝝ nigerrimus est non cribratꝰ: ex siligine aut ordeo vna
cũ furfuribus: dñoꝝ vero ⁊ potentũ panis delectabilis de pura si-
milagine tritici albissimus pinsitur ⁊ habet: vino carent nisi quod
aliunde ducitur: precipue vinũ Rinense: ⁊ ex occidẽtalibus regioni-
bus per mare Germanicũ ⁊ Balteũ adductũ alicubi reperit: medo
ne ⁊ spisso ⁊ tenui ⁊ vario modo cocto abũdãt ⁊ illo reficiunt ⁊ ine
briant. Cereuisias coquũt diuersimode ⁊ ex varijs granis: puta fru
mento: siligine: ordeo: auena: milio. ⁊c. ⁊ non sunt sapide: vulgus
aũt vt semper aquã bibit: oliue ⁊ fructus dulces ac delicati illic nõ
crescunt: algida etenim ⁊ frigida est prouincia. Armenta habẽt ois
generis ⁊ feras siluaꝝ: plus ꝗꝫ in orbe christianoꝝ reperiant: saltus
deserta ⁊ silue sunt magne decẽ aliquando quindecim miliarioꝝ: nõ
nunꝗꝫ ⁊ viginti quinqꝫ miliarioꝝ: ad latera desertoꝝ ⁊ siluaꝝ ville
⁊ habitatores inueniuntur: ⁊ iccirco qꝛ magna nemora sunt magne
fere ⁊ multe abundãtissime visunt ⁊ capiunt: vri ⁊ boues siluestres
quos lingua ipsoꝝ thuri ⁊ Abrones vocãt onagri ⁊ equi siluestres
cerui: dame: dorce: capree: apri: vrsi: mardures: scismi: ⁊ cetera gene-
ra feraꝝ. Insuper aues abundãt ⁊ ficedule ꝗuis illic vinee nõ sunt
aduolant ⁊ impinguant atqꝫ cũ suauitate edũtur. Estqꝫ in Lithua
nia ⁊ Moskouia animal voracissimũ ⁊ inutile: quod alibi non cõ-
paret rossomaka nominatum: quantitatis canis: faciei catti corpo-
ris ⁊ caude vt vulpis: colore nigrũ: cadaueribus vescitur: inuẽtoqꝫ
cadauere intantũ vorat vt extendatur ⁊ infletur tanꝗꝫ timpanum:

repertaq; angustia stricta inter arbores intrat ⁊ intrudit se cū violētia premēdo: vt violēter comesta violētius egerat sicq; extenuatū denuo cadaueri accurrit ⁊ ad summū implet cū vicissitudine expressionis ⁊ ad morticiniū reuersiōis donec totū absumat ⁊ deuoret: ⁊ forsan natura tam insatiabile animal in illis regionibus producit vt hoīes simili voracitate laborātes redarguat. Quoniā potentes cū ꝯuiuare ceperint: sedēt a meridie in mediū noctis ꝯtinuo cibo ⁊ potu sese opplēdo: ⁊ a mensa quotiēs natura ꝓpellit assurgendo et egerendo: iterū ⁊ iterū vorant vsq; ad vomitū ⁊ amissionē discretionis ⁊ sensus tuncq; inguinis ⁊ capitis que sunt discrimina nesciunt: estq; illa ꝯsuetudo ꝑniciosa in lithuania ⁊ Moskouia: magis vero ⁊ absq; rubore in thartaria. Est etiā in illis terris lithuanie Moskouie ⁊ thartarie ab origine ꝯsuetudo venditiōis hominū: serui natura venduntur a dominis suis tanq̄ pecora: pueriq; eorū ⁊ vxores quinimo pauperes homines libero ventre nati victu carentes vendūt filios ⁊ filias suas interdum ⁊ semetipsos: vt apud patronos siliquis ⁊ grossis cibis saturarentur.

Tractatus secundus libri secundi.

¶ Capitulum primum de Moskouia

Moskouia est regio lōgissima latissimaq;: nam a smolensko vsq; ad Moskuā ciuitatē sunt centū miliaria a moskua ad volochda centū miliaria. Et volochda est ꝓuicia ⁊ fluui⁹ ꝑ ipsaz labēs eodē noīe vocatr: a volochda ad vsczuga cētū miliaria: ab vsczuga ad viathka cētū miliaria: ⁊ ista q̄drigēta miliaria sunt de regiōe moskouie: ⁊ sermo per totū est Rutenicus seu Slauonicus: vltra ꝑdicta a Viathka ad regionē Permska centū miliaria: inde ad terrā Vahulczka triginta miliaria: ⁊ hec cū Scithia ꝯfinat. Et iste prouincie subiecte sunt duci Moskouie: additisq; terris ad septentrionē ⁊ orientē ab eodē duce Moskouie possessis Juhra ⁊ Corela que sunt in Scithia erunt quingenta miliaria germanica magna: verū Moskouite nō per miliaria nostra cōputāt sed per verst ⁊ verst est quinta pars miliaris germanici. Numerant itaq; a ciuitate Moskua ad Vlodimiriā ciuitatem decemseptē miliaria germanica: abinde ad Vsczuch quingēta verst: iterū ab Vsczuh ad Juhrā q̄ngenta verst. Intra Moskouiam aūt sunt multi ducatus: est ducatus seu terra

Moskouia
Volochda
Vahulczka

moskouie de qua triginta milia pugnatoꝝ nobiliū ad bellum egrediunt᷑: agrestiū vero sexaginta milia. Est ⁊ ducatus seu terra twerszka: de qua quadraginta milia armatoꝝ nobiliū duntaxat ad bellum prodeunt. In hoc ducatu capitalis ciuitas Twerd nuncupat᷑: ⁊ est ciuitas grandis lignea de lignis edificata: i ea sunt ecclesie lignee centū ⁊ sexaginta: castrū etiā ligneū est: ⁊ sunt in ipso noue oracula seu ecclesie. Principalis est sancti Saluatoris ⁊ illa dūtaxat est murata: sub hac ciuitate ⁊ castro amplissimus fluuius volba labitur. Ducatus Chelmski de quo septem milia pugnatorum exeunt. Ducatus Zubczowski de quo quatuor milia armatoꝝ. Ducatus Klinski de quo duo milia bellatoꝝ prodeunt: ad terrā Twerdeñ annumerant᷑. Item ducatus Kubensis triginta miliaria in longū continens. Ducatus Jaroslauieñ quadraginta miliaria de terra habēs. Ducatus Szubersieñ viginti miliaria terre habēs. Ducatus Szachoueñ triginta miliaria in longū ꝯtinens: omnes sunt in miliarijs Moskouie in longū cōputatis. Insuper ducatus Rzezensis de quo q̄ndecim milia boiaroꝝ seu nobiliū armatoꝝ euadūt: ⁊ fluuius nominatissimus tanais de ipso orit᷑. Itē ducatus Susdaloꝝ ⁊ plures ei adiacētes desolati ⁊ destructi sunt ꝑ thartaros. Est ⁊ terra thartaroꝝ Kozanska horda nominata triginta milia pugnatoꝝ ꝓducēs: principi Moskoꝝ subiecta: in campis iuxta castrū kozan (qđ dux moskouie possidet: ⁊ alluit᷑ magno flumine volba) degēs. Moskwa est ciuitas principalis satis magna bis maior q̄̃ Florentia Tuscie: aut bis maior q̄̃ Praga Bohemie vrbs: Praga dico q̄ extat ⁊ q̄̃ tu vidisti. Non praga quā quidā nouus historicus ficte ꝯstruit longissimā triū dieꝝ itinere ciuitatē quod fabula est: verū Moskwa lignea est non murata plurimas habēs plateas: ⁊ vbi vna platea finit᷑ altera non statim incipit sed campus mediat. Int᷑ domos quoq; sepes mediāt: ita vt domus sibijnuicē nō cohereāt. Nobiliū domus sunt maiores plebeoꝝ vero humiles. Fluit ꝑ mediū ciuitatis ⁊ sub castro ipsius fluuius eiusdē noīs cum ciuitate: Moskwa appellatus: ⁊ est tantus quantus Multaua in Praga: aut Arnus in Florētia. Castrū aūt qđ est in medio ciuitatis in plano est castrū bonū muratū tante amplitudinis vt Buda in Hungaria: habet tria ꝓpugnacula: ⁊ cū his turres magne simul cōputate sunt decē ⁊ septē tegulis latericijs tecte sed vnus murus: in eo castro ecclesie sunt sedecim: tres murate scilicet sancte Marie: sancti Michaelis ⁊ sancti Nicolai: relique sunt de ligno. Palatiū ducis in prefato castro est muratū adinstar italicū nouū non amplū: nec

magnū: tres curie nobiliū sunt murate: alie domus ligno ꝯstructe
stube omnes nigre. Alie ciuitates moskorū sunt minores ⁊ castra
minora omnia de lignis fabrefacta. Preterea terra Moskouie pla-
na est boscis ac siluis aquis quoqꝫ fluminibus piscibꝰ ⁊ feris quē
admodum Lithuania referta: sed frigidior ⁊ septentrionalior: vn-
de pecudes ⁊ pecora parua sunt ⁊ mutila absqꝫ cornibus quasi sem
per propter frigus: homines vero procere alte ⁊ robuste stature
sunt: bibunt aquam medonē ⁊ quassecz.i. fermentatos liquores.
Arant ⁊ sulcant ligno sine ferramento: ⁊ arpicant frondibus ar-
borum supra seminata equis tractis: raroqꝫ propter intensa ⁊ lon
ga gelua segetes maturescunt: ideo messis ⁊ sectis frugibꝰ in stubis
desicant maturant ⁊ triturant. Sepenumero aūt vtuntur calefaciē
tibus aromatibus: sepe ⁊ sublimatis: de aromatibus de melle vel
alio calefactorio: ita vt ⁊ de auena aquā ardentē siue sublimatū fa-
ciant ⁊ bibant ad effugandū ⁊ repellendū algorem et frigus: aliter
ex frigore congelarent. Carent vino ⁊ oleo: ⁊ ne inebriarentur prin-
ceps terre probibet ne medo aut liquor inebrians in aliqua domo
reperiatur sub priuatione vite: nisi bis aut ter in anno ex admissi-
one principis. Monetam habent argenteam puri argenti dzingis
nominatam: maiorem ⁊ minorem: forme oblonge quadrangularē
non orbicularem non politam nec bene planatam. Estqꝫ terra di-
ues argento ⁊ custodia vndiqꝫ clausa: vt ne dum serui ⁊ captiui sed
⁊ liberi indigene ⁊ aduene exire absqꝫ literis ducis nequeant ⁊ hec
hactenus. Flumina in Moskouia sunt plurima: aliqua aūt maiora
scitu digna enumerabo. Tanais nominatissimus fluuius a tharta
ris et moskouitis Don nuncupatus: fontes et originem habet in
Moskouia prope in ducatu Rzezensi. Consurgit de terra plana ste
rili limosa paludinosa ⁊ nemorosa: cumqꝫ ad orientē solis proces-
sisset vsqꝫ ad metas Scithie ⁊ Thartarie: declinat ad meridiem et
perueniēs ad paludes Meotides illic hostia tenet ⁊ ingreditur: est
tantus Tanais quantū dicerē triplatum Tiberim post Romā in
mare Tirrenū decurrentē: aut quantū Danubium in duplo circa
Budam. Et doctrina astrologoꝝ tenet: qꝫ Tanais sit eius longitu
dinis cuius ⁊ Nilus fluuius Egipti: puta circa sexaginta gradus
longitudinis: ⁊ sicut Nilus a meridie ad mare Alexandrie descēdit
sic Tanais a septentriōe in Meotidas ⁊ mare Ponti defluit. Nec
piget repetere quod supra dixi alia magna flumina ex Moskouia es
se orta videlicet Dzwina: Wolha ⁊ Dinepr seu Boristenem. Et cum
Moskouia sit regio plana non montosa: predicta flumina in di-
stantia nō valde longinqua a seinuicem ex terra plana nemorosa et

paludinosa oriuntur. Maximusqꝫ fluminū ille Volha in Thartarico dictus Edel: tendens in septētrionē procedit ducentis miliariis vsqꝫ ad (nisni Nouigrod) quod sonat inferius nouū castrū: et est in terra Moskouie: ⁊ illic accurrit ⁊ ei ꝯiungit̄ magnus fluuius ex media Moskouia procedēs Occa cognominatus. Deinde octuagita miliarijs germanicis Volha sub castrū Kosan quod dux moskouie possidet: tandē sub castrū Sarai quod thartari tenent fluit. Deinceps versus meridiē vigintiquinqꝫ fluminibus tantis vt est Tiberis in Roma: ⁊ alijs multo maioribus influit in mare Euxinum. Accipiat itaqꝫ R. P. tua ⁊ ꝯtra oēs aduersantes tueat̄ ⁊ dicat ꝙ prelibata flumina non de montibus: nec de radicibus montium: qm̄ ibi montes sunt nulli oriunt̄ ⁊ fluunt. Accipiat scd̄o ꝙ mōtes Hiperborei ⁊ Riphei de quibus emanasse illa flumina ab aliquibus fabulose scripta sunt: nec in Moskouia neqꝫ in alijs partibus septētrionis sunt: recteqꝫ dicetur ꝯfictos fore ⁊ nusq̄ꝫ existere nisi forte in libro scripti aut picti ⁊ non in terra reperiri affirmarētur. Accipiat tertio ꝙ in dn̄io Moskoꝝ quemadmodū ⁊ in terris Thurcoꝝ: hoīes de loco in locū ⁊ de territorio in territoriū ad incolendū transferunt̄: ⁊ alij pro his cōmutatim mittunt̄ ⁊ locantur. Accipiat quarto in Moskouia vnā linguā ⁊ vnū sermonē fore scilicet rutenicū seu Slauonicū in omnibus satrapijs ⁊ principatibus: sic ꝙ etiā Ohulici ⁊ qui in Viathka degūt ruteni sunt ⁊ rutenicum loquuntur: vnāqꝫ sectā ⁊ religionē instar grecoꝝ tenēt: omnesqꝫ wladice. i. episcopi qui plurimi sunt patriarche Constantinopolitano subsunt: ⁊ ꝯfirmationē ab ipso postulātes obedientiā ꝓmittunt. Preter thartaros Kosanēses qui ducē Moskoꝝ recognoscentes Machometū vna cū Sarracenis venerantur ⁊ linguagiū thartaroꝝ loquunt̄. Etiā preter alienigenas ad septentrionē in scithia cōmorantes qui sermone ⁊ linguis ꝓprijs loquunt̄ ⁊ idola colunt: ꝓut in seq̄nti capitulo dicet̄. Accipiat quarto ꝙ post terrā viathka nuncupatā in scithiā penetrādo iacet magnū idolū (Zlota baba) qđ interp̄tatū sonat: aurea anus seu vetula: qđ gētes vicine colūt ⁊ venerant̄: nec aliqs in ꝓrimo gradiēs aut feras agitando ⁊ in venatiōe sectando vacuus ⁊ sine oblatiōe ꝑtransit: qnimo si munus nobile deest pellē aut saltē de veste extractū pilū in offertoriū idolo proijcit: ⁊ inclinādo se cū reuerētia pertransit.

¶ Capitulū scd̄m de regionibus Scithie Perm Baskird Juhra ⁊ Corela per ducē Moskouie subiugatis.

De sarmatia europiana

Post Moskoniã sunt gentes ⁊ regiões inter septẽtrio-
nem ⁊ orientẽ in fine asie septentrionalis que proprie
Scithia dicitur: principi moskonię subiectę: per Yuan
ducẽ moskonię principaliter subiugatę scilicet Perm:
Baskird: Cziremissa: Jubra: Corela. Perm monosil-
labũ est: inde terra Permska bissillabę permska pnunciando: et
fuit regio idola colens: quã Yuan dux moskoꝝ citra annos vigin-
ti baptisma percipere coegit: more rutenoꝝ seu gregoꝝ: ⁊ posuit eis
wladicã .i. episcopũ nomine Stephanũ quẽ barbari post discessũ
ducis viuũ excoriauerunt ⁊ necauerunt: reuersusq; dux afflixit eos
⁊ aliũ denuo presulẽ pstituit: sub quo tanq; noui christicolę ruteno-
rum scisma ⁊ ritũ profitentes permanent. Alię vero regiones pre-
expresse in infidelitate ⁊ idolatria persistũt. Colunt solem lunã stel-
las bestias siluarum ⁊ quod eis occurrit: habent propria linguagia et
idiomata. In terra Permska propriũ idioma: in terra Baskirdo-
rum propriũ: in Jubra propriũ ⁊ in Corela etiã propriũ. In his re-
gionibus non arant: non seminant: panes non habent: nec pecuni-
as: feris siluarum que apud eos abundãt vescuntur: ⁊ non nisi aquam
bibunt. Morantur in densis siluis: in tugurijs ex virgultis factis.
Et qr silue illas terras ptexerũt hoies siluestres ⁊ ferinos effecerũt.
Sunt velut bestię ratione non vtentes: vestimenta de lana non ha-
bent: pellibus teguntur rude ⁊ grosse psuentes varias pelles in si-
mul: ex lupo ceruo vrso sabellis ⁊ scismis ⁊ ceteris prout sors obtu-
lerit. Et quia ipsoꝝ terrę mineras non nouerũt: pro omagio duci
Moskonię mineras non pendũt: sed pelles animaliũ siluestriũ q-
bus abundant: proximiores oceano septentrionis vt iubri ⁊ Core-
li piscantur ⁊ capiunt balenas seu vitulos ⁊ canes marinos: quos
ipsi (vorvol) appellant: ⁊ ex cute eoꝝ parãt redas bursas ⁊ kaletas
axungiã aũt pro impinguatione seruant ⁊ vendunt. In Jubra ⁊ co-
rela sunt aliqui montes mediocris tumoris: non altissimę eleuati-
onis. prout quidã putauerũt ⁊ scripserunt. Supra montes aũt oce-
ani qui mediocres sunt per totum septentrionẽ oceano adiacentes:
scandunt ex mari pisces morss nuncupati: dente sese supra montem
continendo fricando ⁊ ascensum promouendo. Dumq; ad summi-
tatem montis peruenerint ad vlteriora gressum promouẽdo: ad al-
terã partem montium volitando decidunt. Hos illę gentes colli-
gendo dentes eoꝝ satis magnos latos ⁊ albos põdere grauissimos
capiunt ⁊ Moskouitis pendunt atq; vendunt: moskouitę vero his
vtuntur: ad Thartariã quoq; ⁊ Thurciã mittũt: ad parandũ ma-

Scithia
Perm. Baskird
Cziremissa. Iubra
Iuan Corela
Steph. eps
Pisces morss

nubria gladior frameaꝝ ⁊ cultroꝝ: quoniam grauitate sui maiorẽ ac fortiorẽ impressionẽ impingũt ⁊ prebent impellentibus laborãtibus preliantibus ⁊ occidẽtibus. Et memineris ꝙ supra dixi: hãc esse illã Iuhram regionẽ Scithie: de qua egressi sunt Iuhri: a posterioribus hugui ⁊ hungari dicti: qui ad Gothiã ascendentes: vehementer multiplicati transierunt maxima flumina circa paludes Meotidas: intraueruntqꝫ Pannoniam: ⁊ secundo regressu eam occupauerunt posséderunt: ⁊ in hanc diem tenuerunt: suntqꝫ eiusdẽ sermonis ⁊ loquele precise: nisi ꝙ addiderunt nostri hungari aliqua vocabula ex Slauonico idiomate: earũ rerum que in Scithia ⁊ Iuhra non reperiuntur. Verum in Pannonia Iuhri sunt christicole: in Iuhra vero patres eorum idolatre: politioresqꝫ ⁊ cultiores sunt Hungari in Pannonia: omnibus delicijs pleni (quamuis in toto ferocitatem nondum deposuerunt) quam Iuhri septentrionalissimi in Iuhra: qui in toto siluestres sunt bestiales ⁊ in frigidissima regione miserrime degentes. Insuper memineris in his regionibus Scithię ad oceanũ septentrionis: non esse magna flumina: sed esse quasdam rupes ⁊ montes mediocris molis ⁊ non excellentissime celsitudinis inaccessibilesqꝫ: velut aliqui historici antiquiores protulerunt ⁊ scripserunt. Potius itaqꝫ secundum experientiam dixissent: de nemoribus ⁊ densis siluis eos exiuisse: quam de inaccessibilibus montibus.

Finis descriptionis vtriusqꝫ Sarmatię:
Mathię de Myechow: artium ⁊
Medicinę doctoris.

Excusa Augustę Vindelicoꝝ. Anno virginei partus
M.D.xviij. die vero. iiij. mensis Augusti.

[DONA[illegible]

[illegible] quid ueri [illegible]

rundam [illegible]

pa[illegible]